





PHYSIC
QVES T.











PHYSICARUM QUAESTIONUM CENTURIAE TRES, NON minus utiles quã iucundæ: per Georgium Pictorium Villinganum Doctorem Medicum, ex doctissimorum uirorum, Promptuarijs, cum suis solutionibus, conscriptæ.

HIS ACCEDUNT QUORUNDAM *magnorum autorum errores, per eundem Georgium Pictorium notati.*

ΠΑΝΤΟΠΩΛΑΙΟΝ CONTRA quorundam philosophorum opiniones, quis uerus Deus: unde Gẽtiles Dij, ex quibus humani corporis fabrica, quæ humorum qualitates, quibus horis quilibet eorũ dominetur, quos habeant sapores, quæ sint anni partes, hominis complexiones, qualiter morbis homini contingentibus obuiandum,

UNA CUM ECCLESIAE AD CHRISTUM *Trenodia,*

ADIECTI TRES DIALOGI, QUO- *rum primus de ira refrenanda. secundus de uera nobilitate, tertius de ebrietatis turpitudine.*

BASILEAE.

Daquin

Daubimenis

AVTORVN NOMINA,

quorum in hiſcæ quæſtiunculis admi-
niculo freti ſumus.

Ariſtoteles
Aluiſcus mundanella
Auicenna
Alexander Aphrod.
Anglicus
Albertus
Aegineta
Anaxagoras
Aeſclepiad.
Alchabitius
Auerrois
Alcman.
Alexander Benedict.
Barpthol. de Mõte Gna
Cordanus (na
Cor. Celſus
Conſtantin.
Columell.
Cornel. Agripp.
Coelius Rho.
Cicera.
Campeius
Democritus
Dioſcorid.
Diocles
Empedocles
Eraſiſtrat.
Ennius
Franciſ. Pſiran.
Galenus
Galeotus
Georg. Pictorius
Georg. Merula
Hipponax
Homerus Hali.
Hercolaus Barbarus
Herodotus
Hippocrates
Ioannes Arculanus
Iſac
Ioann. Math. de Gradi
Ioann. Manardus
Iacobus de Partib.
Lucianus
Leonicenus
Laertius

* 2 Mar-

Marcus Gatinaria	Plinius
Macrobius	Parmenid.
Mesue	Plato
Martialis	Pet. Appon.
Marſ. Ficinus	Plutarchus
Mundinus	Philip. Beroald.
Moſes	Rhaſes
Michael Sauonarola	Rabi Moſ.
Naſo	Serapio
Nicolaus Baraldus	Siluaticus
Nicander	Soranus
Oribaſius	Zeno

REVE.

Reuerendo in

CHRISTO PATRI, AC Domino D. Nicodemo diuina fauente clementia anachoritæ primario, monasterij sancti Georgij in Hercinea silua, Domino & Patrono suo dignißimo, Georgius Pictorius Villinganus Doctor medicus, & apud Archiducalem curiam Ensishemij Archiater,

S. D.

HOC genus otij cùm Romanos, tum etiam exteras gẽtes magni fecisse Aelianus scribit, Reuerẽde pater, quod tempestiua laboris intermissione uirtutem recreat, laborandumq; animum uegetiorem reddit, non quod industriæ & celebri studio aduersatur, hominumq; uitam sterilẽ facit & inertem, quando desides in uacua tonsoris umbra Eurotam contemplantur Corinthiam, uel penitus dissoluti Achiuos de turre prospiciunt. In qua re Aelianum ex tripode scripsisse Demetrius cognomento Poliocertes probat, is enim quando à re bellica, cuius scientissimus erat, liber, machinas bellicas aut naues faciebat. Et Aeropus Macedoniæ rex, si quid

otij nactus erat, ut id in negotium uerteret honestum, lucernas adornabat & abacos, uile nimirum & ridiculum principi opus. Nihil magna ingenia ægrius ferunt, Archimandrita reuerende, q̃ turpe tium. De Domiciano me Hercle risu dignum legimus. Is enim cum á regijs munijs solutus erat ne ex toto quiesceret muscas in conclaui stylo cõfigebat. Mahome tes Othomannus qui Græciæ imperium euertit, oratorum postulatis, externarum gentium, auditis, coclearea lignea affabre cælabat, aut in tabula aliquid effingebat. Si ergo tam magnis atq; ex tetragano præ stantibus uiris sic á labore in honestum otij diuerticulum irruere, liberum fuit, aut ciuile quis Genius, & imi subsellij uiris simile factitandum dissuadet, aut quis horũ gressus incedendos non pulchrum iudica bit seu politicum. Istis igitur diligenter sic pensitatis, mihi quoq; animum á male habentium querelis fessum, honesto otio refocillandum aut recreandum potius di xi, forte fortuna incidens in physicas hasce quæstiones non omnino psyricas aut penitendas, quæ animo quietis dulcorem inculcarent. scribere enim gratissimum mihi otium habeo, & summum á labore diuer

diuerticulum. Et quia dominationem tuã ex nouo homine ad summam inter tuos dignitatem electum, & abbatem effectum intellexi, ne a symbolis te accederem has tibi offerre, donare & dedicare hac lege sta tui ut tales in mnemosinon Pictorij tui læ ta fronte accipias, & ita accipias ut enm in te candorem sentiamus, qui non solum muneris amplitudinem dijudicet eminen tem, sed egregiam potius contribuentis uoluntatem, quam in hac parua re uelut in speculo magnam, ex magno mittentis affectu comprobabis, quo facto, Reueren de Antistes, nobis fenestram aperies altio ra, si per fortunã liceat, dominationi tuæ offerre. Vale optime Mecœnas & Geor gium in album tuorum haud aliter quam ab bas prior ipsum inscripserat, qui Deo ui uat, inscribe. Datæ Ensishemij, Anno uirginei partus, sesquimillesi mo, sexagesimo se ptimo.

PICTORIVS AD LIbrum ſuum.

QVIS te non ſtultum, quis te non dicat inertem?
Limine de noſtro qui cupis eſſe liber?
Deuenies tritici ſi fortè legentis ad ædes,
Exterges illi ſæpe miſelle nates.
Aut piperis tunicam dabis & mitteris Ilerdam
Vinctus, mordentis zinziberisúe togam
Tu mihi luce magis fueras dilectus, & unus
Infixus noſtro pectore ſemper eras.
Sed quia tu monitis cera concludis hiantes
Aures, atq; patrem linquere ſtulte petis.
Noſter amor ceſſat, nec te magis optat alumnum,
I ſaltem, quô dat nunc tibi uentus iter.
I uelox, propera nomen ſubiture libelle
Ingrati, reditus non erit ecce tibi.
Corporis eſt tibi parua ſtrues, ſapientia minor,
Et fatuum nulla cum ratione caput.
Dum patrios coluiſſe focas, coluiſſe penates
Negligis, affectas dum tua damna miſer.
In caula uix digne legi, luſtrare coronas
Doctorum ipſe petis, non tua ſcripta legent.
Illud te poterit defendere forſitan unum,
Quòd Nicodemi tecta ſubire ſtudes.

PICTORIVS

In quis uoce melos Dauidis nocte dieq́;
Sedulus en cantat, uel holocausta ponit.
Hic diuerte liber, manibus te forsan utrisq;
Excipiet, placidus nomine quippe meo.

INDEX EORVM, QVAE IN prima centuria continentur.

Cur Plinius homini saltem familiarem esse dixit caniciem 1
cur qui pileo frequenter teguntur plerumq; canescunt 2
propter quid cœci à generatione non fiunt calui? fol. 7
quid impedit quod mulieres non ut uiri caluitio fœdantur 3
propter quid Eunuchi non fiunt calui 4
si caluitium à siccitate oritur, cur anterior pars capitis caluescit, quæ occipitio est humidior ibid.
qui fit ut qui crispi sunt capillitio citius caluescunt? fol. 5
rufi capilli cur celerius caluescant ibid.
quare cruci affixis pili crescunt ibid.
cur raro mulieribus barba adnascitur 6
cur mulieribus aliquibus barba sit ibid.
cur mulieres barbatæ Aphroditen amant ibid.
capilli hominis cur tenues 7
quare mamillæ mulieribus pectore ibid.
an mamillæ lactantibus pueris magis sint proficue quàm paruæ 8
quare in decimo tertio iuuenculárum crescere incipiunt

cipiunt mamillæ ibidem

cur Hippocrates scribit mulieri quæ abortum dedit mollescere mamillas ibid.

quare lac muliebre ethicis melius omnibus lactis generibus ibidem

cur Hippocrates dixit mulieri sanguinem euomenti si menstrua erumpant solutionem accidere, ibidem

quare communiter mulieres uiris sunt pulchriores ibidem

cur mulierum uox exilis 10

cur nutrices infantulos suos obtegunt si luna luceat ibidem

quare oculi mulieris menstrosæ nouum speculum maculis inficiunt ibidem

cur mulieres præpingues conceptioni sunt inhabiles 11

quare mulieres amplius quam uiri capitis doloribus infestantur ibidem

cur Hippocrates dixit mulierem non podagra laborare si menstrua habeat 12

cur mulieres æstate Veneris sunt appetentiores, & uiri hyeme ibidem

cur similes mulieres dißimiles partus edunt, ibid.

cur mulier unico partu plures edat proles ibid.

qui fit ut uel masculum uel fœminam parit mulier? fol. 13

cur

cur mulier naturaliter unico partu triginta quinq; embriones potest parere 14
cur fœminis in sopore contingit profusio, eod.
an poßibile sit uirum rem posse habere Veneream, qui pedes habet aligore correptos, eod.
cur spadonibus uisus est debilis 15
cur claudi salatiores sunt atq; ad usus Venereos potentiores ibid.
cur inferna mulierũ magna ex parte craßiora sunt & in uiris superna 16
cur pueris nates potißimum cæduntur ibid.
cur sapientes magis uidentur uiciosi ibid.
Quare sapientes plerumq; peßimi uiri 17
Sapientes cur ad Venerem debiles ibid.
cur homo alis caret & maximos habet pedes? ibidem
cur quos natura signauit & mutili plærumq; sunt mali homines 17
cur filij plærumq; similes sunt suis parentibus, folio 18
cur philosophus hominem solum omnium animalium dixit erectum ibid.
cur octimestris partus raro est uitalis 19
cur aliqui nascuntur distordis cruribus 20
puer cur ex uno latere nascitur claudus ibid.
cur aliquando nascitur infans sine brachijs 21
cur monstra quãdoq; nascuntur homines anterius,

po-

posterius equi ibidem
cur infans biceps nascitur ibid.
cur monstra ex ouis nascuntur 22
Queritur, cur Plinius, Austro flante in brutis fœmineos concipi fœtus dixerit, magis quàm masculos ibidem
cur filij plærumq; degenerant 23
cur animalibus quibusdam color pilorum nigrior est ab ortu 23
cur porrum fœcundas facere puellas dicatur, folio 24
cur coitus oculos lædere fertur ibid.
ossa capitis cur ex pluribus frustis sunt conpacta, ibidem
cur natura oculos palpebris muniuit 25
cur oculus canis nigri in manu detentus probibet ne quem allatrent ibid.
quare monoculi sunt certiores sagittando ibid.
quare oculi glauci de die parum uident ibid.
cur aliqui habentes oculos claros & tamen non uident 26
quare homines habentes oculos in capite profundos acute uident ibidem
qui fit ut qui paruo capite sunt impetuosi dicantur & uiolenti ibid.
cur Galenus caput paruum signum esse dixit malæ formæ cerebri ibidem

cur

cur qui cor habent exile audatiores ſunt ibidem
corpora mortuorum cur uiuentiũ corporibus ſunt grauiora 28
pedes cur trepidantibus ſudant ibid.
quare cerebrum eſt album ibid.
qui ſit quod cerebrum naturaliter eſt præhumidum 29
cur dentes ſenſu carere dicuntur ibid.
quare homo imaginando erigit corpus ſurſum uerſus cœlum ibid.
quare homo cogitans & recogitans de præteritis caput inclinat ad terram 30
quæ facit cauſa ut rubor corpori ex animi pudore naſcatur ibid.
qui gaudent cur rubeſcunt ibid.
qui metuunt qua ratione palleſcunt ibid.
timentes cur tremunt 31
quare laxamentum uentris comitatur timorem. ibidem
propter quod hominis nox hyeme grauior ibid.
Cur digiti ſunt großiores ante cibum 32
quare ambidextros quandoq; reperimus uiros, ibidem
cur ſolus homo manus habet 33
quare quilibet digitus habet tres articulos ibid.
cur hominis brachia ſunt rotunda ibid.
cur ſub alis malus odor deprehenditur 34
cur

cur fœtent pedes qui crebrò agitantur ibid.
cur ex quatuor humoribus ſanguis eſt præſtantior fol. 35
cur phlegma in bonitate ſanguinem ſequitur, ibidem
cur Cholera phlegma ſequitur ibid.
cur atra bilis humorum deterior ibid.
pinguedinem frigidam dicũt cur ergo ſanguineos pingues aſſerunt qui calidi ſunt 36
quare cholerici ſunt uoraces ibid.
cur cholericus ad iram eſt promptus ibid.
cur phlegmatici obtuſi ſunt ingenij ibid.
cur melancholici parum dormiunt 37
quare Galenus pueris uenas ante annum decimum quartum non incidendas putat ibid.
cur ſanguinis detractio ieiuna multis diſplicet folio 38
cur omnes, qui frigidæ ſunt complexionis à phlebothemia debent abſtinere ibid.
cur phlebothomatus à lacte debet abſtinere ibid.
cur adoleſcente luna phlebothomandum cenſent, folio 39
cur plantationi commodum eſt tempus lunæ adoleſcentis, decreſcentis uerò cædendæ materiæ, ibidem

INDEX EORVM, QVAE continentur in centuria secunda.

Cur Hippocrates dixit faciliùs esse potu repleri quàm cibo 40
cur Auicenna uinum pueris dantum uetuit ibid.
cur senibus uinum offerendum sit quantum pati ualeant 41
cur minus inebriamur musto quam uino ibid.
cur ueteres non in cœnæ prohœmio lactucis sunt usi, sed ad mensæ finem 42
cur Auicenna statim à cibo uinum insigne nocumẽtum dixit ibid.
cur in ebrietate somno non est locus ibid.
cur maior uoluptas est cum sitis potu extinguitur, quàm cum fames sedatur cibo 43
cur uinum rarius congelascit ibid.
oleum cur statim frigere concrescit ibid.
cur famelici plærumq; siccunt 44
cur cibus deterior quandoq; melior ibid.
cur semen ebriosorum non prolificum 45
cur semen quandoq; prolificum ibid.
cur mel in imo melius, oleum quod supernatat, ac uinum quod medium occupat 46
cur lac uinum turbidum clarificat ibid.
uiuum saluiatum cur inebriat ibid.
cur

cur Auicenna dixit panis impedimentum maximũ censeri, carnis uerò non item 47
cur ius ex bauina carne succosius est quàm ex uitulina ibid.
cur butirum prohibet aquam ebullire 48
cur nux ad coxionem ualet ibidem
cur simiæ cor confortat hominis cor ibid.
cur quidam aerem ad uitam conseruandam magis necessarium dicunt quàm uel cibum uel potum, ibidem
an plus uitæ humanæ obsit malus aer an malus cibus 49
cur cibum somno pro corporis sustentatione præponimus ibid.
an aer plus cadat in nutrimentum spirituum quàm cibus ibid.
an ex mala cibo poßit generari bonus chymus, folio 50
qui fit, ut qui iustam comedendi horam trãsit quòd amplius non famescit ibid.
cur phlegmaticus diutius famem patitur quàm cholericus ibid.
quare habentes poros strictos magis sunt famis patientes quàm habentes raros 51
cur uirtus stomachi fortis plus tolerat ieiunum quã debilis ibid.
qui fit, ut qui esuriens bibit famem reprimit, sed qui

ſiciens commedit ſitim non ſubleuat ibid.
quare maior eſt delectatio cum ſitis potu extinguitur, quàm cum fames cibo releuatur 52
cur ſitis proueniens ex parte pulmonis ſedatur per attractionem aeris frigidi, ſed quæ à ſtomacho fit per potum ibid.
cur Auicenna dulcia ut lac eſt in ſtomacho acceſſere ſcribit ibid.
cur dicunt cibum non ſtatim afferentium craßioris ſubſtantiæ conualeſcentibus 53
an plus noceat permutatio inanitionis ad repletionem, quàm ſubita permutatio repletionis ad inanitionem ibid.
cur febricitantes quandoq; lactis uſu liberantur à morbo, cum Hippocrates lac febricitantibus malum dixerit ibid.
cur ſaliti panes non ſalitis ſunt leuiores eod.
an panis factus ex granis nouis melior ſit, quàm ex antiquis 54
an expediat, ut Auicenna docet, in canticis ſemel in menſæ inebriari eod.
quare limphatum citius inebriat 55
quare pueri calidi exiſtentes uinum non amant ut ſenes eod.
quare uinum guloſe ingeſtum morbos generat ib.
cur uinum magis cōfortat calorem naturalem, quā cibus ibid.
cur

cur facilius digeruntur carnes fortes, quàm quæ nõ sunt fortes eodem
an carnes assæ uel elixæ sint humidiores 57
cur ficuum commestio generat pediculos eod.
cur uinolentis res una plures uidentur eod.
qui fit, quod uentres eorum qui buccis apertis uinũ ceu iris aquam attrahunt sicciores afficiantur cum potius humidiores effici deberent 58
quamobrem, qui ante extenuatus merum multum hauserit, morte occumbit 59
cur non demacrati unico tamen ictu, uel quadrantal bibentes extenuantur eod.
quare bonum est inter commedendũ potare 60
quare bibere uinum ieiuno stomacho periculosum est eod.
quare aquam subinde bibere frigidam illaudabile habetur eod.
propter quid uinum quum sit calidũ, uinalenti non calent, sed frigent potius eod.
cur dolore laterum inebriati excipiuntur 61
an corpus hominis plus sibi necessarium ducat somnum, quàm cibum eod.
cur Dioscorides ieiunis pira dixit nociua 62
cur ebrietatem ex ceruisia deteriorem esse constat, quàm quæ ex uino emergit eod.
cur tempore ueris cibum modicum degestandum dixit Catalanus, cum Hippocrates ueris tempore

& hiemis uentres calidißimos dicat eod.
cur nimia sacietas in æstate noceat 63
quare tempore autumni corpora sunt cachochymia ibid.
cur Galenus in hyeme multũ cibum paulatim offerendum suadet 64
quare comendens debet cessare appetitu cessante, ibidem
quare diuersis temporibus diuersa appetuntur cibaria ibid.
cur usus habet uulgaris, ut post omnia fercula caseus mensæ adponatur 65
cur post esum piscium nuces appetimus ibid.
cur insalubre habetur uarijs cibari ferculis ibid.
quare bonum eum compotationes ommittere, folio 66
cur iuuenes citius famescunt quàm senes ibid.
quare appetitu incumbente cibus non est differentus ibid.
cur Isac carnem damnat cothurnicum 67
cur perdicis carnem galenus admodum laudat, ibidem
cur uolatilium carnes plus conuenire dicimus istis qui relicto exercitio corporali consilijs & studijs inhærent quàm carnes quadrupedum, ibi
quare pisces bestiales parum conueniunt in sanitatis foro 68
cur

cur hausium sitis, ad finem refectionis differre debemus ibid.
cur cœnam potu incipiendam mouent ibid.
quare medici plus ouum molle bibere iubent, folio 69
cur habetur proficuum, si post pira meracißimi uini sumatur haustus ibid.
cur persicis superbibendum est mustum ibid.
quare cor animalis tardè digeritur, & difficulter excernitur 70
cur spodium sanguinem ex naribus sistere fertur, ibidem.
sal optimum condimentum cum scabiem parêre medici dicunt ibid.
cur homo moritur cum saluia præstò est 71
qui fit, quòd fermes generantur in hominem, quando immediatè post cibum manus calida lauantur aqua ibid.
qui fit, ut carnem ad diuturnitatem usus, salis admixio indemnem faciat ibid.
cur desecatum uinum ualidius est uiribus, sed infirmius ad permanendum 72
cur fex in imo subsistit omnium nisi mellis ibid.
cur uasa uini atque olei diutile semiplena custodias uinum ferme in acorem corrumpitur oleo contra sapor suauior conciliatur 75
cur eadem potatio meratior uidetur ieiuno, quàm

ei qui cibum assumpsit 72
propter quid aqua frigida ex eodem uase effusa acutiorem facit somnum, quàm calida eod.
cur somnia matutina cæteris ueriora 74
cur Hippoc. dixit senes facilime ieiuniũ ferre eod.
propter quid surculi in melle sepulti de regione in regionem recentes portantur 75
cur tubera niues in directo superstantes colliquant eodem. cur in tenebris timemus eod.
quare lingua febricitantium omnia iudicat amara? eodem
cur fabæ quum sunt uentosæ per decoctionem non ammittunt uentositatem ut herdeum 76

INDEX QVAESTIONVM Physicarum centuriæ tertiæ.

Cur exuberantiæ nimiæ committendi morbi uim habent 77
cur uomitus quando tempora mutantur citari maximè debet 78
quamobrem qui uel cibo uicioso uescuntur uel fame laborant pedibus intumescunt eod.
quare Auicẽna dixit mari obeuntibus accidere uertiginem & uomitum 79
cur extrema frigefacta uehementer si admoueantur igni dolent eod.

cur glacies tametsi frigidißima, non tantum lædit frigiditate, quantum ignis calore eod.
cur populariter podagram morbum dicunt incurabilem 80
cur sanguis ex uulnere effluit si præsto sit, qui dedit 81
cur urina prodest uentris inflationi eod.
cur quidam semper timent 82
cur morbi nonnunquam per incantationes curantur eod.
cur saliua hominis ieiuni apostemata curat 83
an plus uitæ humanæ obsit malus aer, quàm malus cibus eod.
quare portulaca soluit stupefactionem dentium, eodem
cur album & cepe in sicciori plantata loca meliora habentur eod.
quare uiros ambidextros quandoque reperimus, fol. 84
cur dolentes, laborantes item in extremis detegunt brachia eod.
cur Hippocrates sanis esse malum, dixit, quod ægrotis sit utile eod.
quare uult Hippocrates, quod renum & uesicæ uicia potißimum in senibus difficulter curentur 85
cur dixit Hippocrates, si hydropicis uulnera nascātur non facile curari posse eod.

quare stomacho infirmo alia omnia membra infirmantur ibid.
ebrietas cur auditum lædit 86
cur rheuma seu catharrum patientes à supino decubitu cauere debent ibid.
cur, qui in aquam descendit calidam, si se non mouerit minus uritur ibid.
cur æstate cum aer calidus flabro mouetur non calorem, sed frigus acquirit 87
cur sternutatio ad inicium catharri mala ibid.
quare multùm flentes parùm mingunt ibid.
cur ursi manus, hoc est, pes cæteris carnibus ursinis est melior ibid.
qui fit, quod gallus gallinaceus leoni est multũ formidabilis 88
qui fit, quod gallus timet uulpem ibid.
cur Aegyptij Eluron, hoc est, felem sindoni inuolutum aromatibus sepeliunt 89
cur aues renibus & uesica carent ibid.
cur ranis & piscibus ac lapidibus pluisse dicatur, fol. 90
cur galli ante lucem cantant ibidem
cur serpentes crescunt in immensam longitudinem fol. 91
serpentes parui cur perniciosißimi ibid.
cur animalia uenenosa alis & pedibus carent, ibidem.

cur

cur plures aues nocturna quàm animalia ibid.
cur pisces rarißimè mansuescunt 92
cur mulæ sunt steriles ibid.
quare animalia fel habent 93
quare equus, asinus, & coruus felle carent ibid.
quare lingua canis rabiosi uenenosa ibid.
qui fit, quod paruæ auiculæ plus uociferant ibid.
quid rumpat testam in exclusione pulli 94
cur nitellus aui dicatur calidior quàm albumen, ibidem.
quare nitellus oui in aquam positus descendat & album en supernatat ibid.
an pisces commendant pullos suos ibid.
cur aliqua animalia habent longa colla 95
quare pullus decollatus diutiùs moritur, quàm homo decollatus ibid.
cur apes & muscæ non habent pulmonem, & alia uocis instrumenta ibid.
propter quid aues multùm pennatæ, & homines pilosi sunt Venerei 96
cur annulum in digito portamus minimo sinistræ manus ibid.
cur mare dulcibus aquis minus frigidum ibid.
quare clepsydræ tardius hiemali tẽpore profluunt, quàm æstiuis horis 97
cur spiritus longè emissus, calidus est: aliter autem frigidus ibid.

* v cur

cur adeo longæui ante uniuersalem inundationem hominės fuisse narrantur 98
cur aqua quandoq; ignes excitat eod.
cur machina bellica specula emissa magnum sonum facit 99
cur ignis sub cineribus nimis conseruatur eod.
cur ignis igne calidior eod.
cur filum ouo circundatum, non solum in prunis, sed nec in flamma urit 100
cur ignis aliqua de albat, aliquam denigrat eod.
cur aer obsubstantiæ punitatem sentiri non potest, eod.
cur terra optima imbre conspersa optime olet, folio 101
cur halinitrum difficilius ac segnius uritur, quàm sulphur eod.
cur fortes sunt, qui loca inhabitant frigida eod.
cur hiberno tempore putei calent 102
qui, fit, quòd æstiuo tempore putei frigent eod.
cur Pythagoras dixit, non esse nisi accensis luminibus de Deo loquendum 103
cur transiens locum in quo homo occisus est timore comitatur eod.
cur speculi conçessa est licentia 104
qui fit, quod historiæ habent prisco seculo homines ualde senuisse eod.
gemmæ & margaritæ, cur pestis tempore utiles habentur

bentur 105
propter quid gemmæ & aurum in oriente melius prouenìunt 106
cur in montibus metallica generantur eod.
cur riuuli aquarum obliqui sunt eod.
cur succinum paleas trahit eod.
an succino & magneti eadẽ sit trahendi ratio 107
cur aurum argento uiuo illitum fragilius euadat oui cortice eod.
argentum uiuum, cur in unum coit sponte 108
cur plumbum argento dum fusum est supernat, eodem
cur gemmæ molliores sunt, quæ sub zona frigida inueniuntur eod.
cur lignum Indicum in aqua supernatat 109
cur flores nonnulli solis occasu constringuntur, & tempore matutino aperiuntur eod.
cur autumnale tempus pestiferum fertur eod.
cur sal in ignem proiectus in ignem crepitat, folio 110
sitne mel recens melius uetusto eod.
cur si mel in uini uase ponatur fæces uini sursum eleuat eod.
cur piper est sinapi exterius cuti ad proximata ulcera faciunt 111
quare magis fœtent allia uetera quàm noua eod.
cur metus timitum parit eod.
cur ma-

cur magis dulcis aqua, quàm salsa apta est sordibus abluendis ibidem
cur uulnera, quæ ex æreo mucrone fiunt, difficulter curantur 112
propter quid sudores calidi indicantur meliores frigidis ibid.
propter quid ultima emißione urinæ horrescimus, fol. 113
cur dixit Hippocrates, lippientem præhendi alui fluore, bonum esse ibid.
quare famelico fortius obest uenenum, quàm repleto ibidem


Additio.

Venenum cur præsentiùs operatur potum, quã comestum 114
cur abstemij plærumq; ingeniosi ibid.
aquila cur Iouis armiger 115
cur stercus hominis fœtet ibid.
propter quid fullones podagra non laborant, ibidem.
cur Iuno soror & coniunx Iouis ibid.
cur domus Plutonis uacua dicitur 116
puellis quando nubendum ibid.
senes cur sunt morosi 117
sollicitudo atque tristitia cur Veneris ancilla, ibidem.

Errata.

Errores Auicennæ 129
Error Hippocratis 130
Error Alexand. Benedict. ibid.
Error Cornel. Celsi 132
Errores Mesue ibid.
Error Plinij 133
Error Iacobi de partibus ibid.
Errores Albert. Mag. ibid.
Errores Galeoti 135

FINIS.



PHYSICARUM QUÆSTIONUM CENTURIAE TRES, NON MINUS UTILES QUÀM IUCUNDÆ: EX DOCTISSIMORUM UIRORUM PROMPTUARIJS IN UNUM, NON CITRA PULUEREM, CONSCRIPTÆ.

Quæstio I.



VR Plinius homini saltē familiarem esse dixit caniciē? Plin.lib.11. cap.37.

Solutio.

Ex inopia & exilitate caloris naturalis hoc usu euenit. licet enim natura cunctarum rerum opifex sine omni exceptione prudentißima, in homine & non alijs uiuentibus cor feruentißimum membrum, Galeno teste, cerebro frgidißimo membro, eodem asserente, sub posuerit, ut in homine frigoris & caloris iusta foret symmetria uel temperatura: quemadmodum idem in Gale.lib.de cōpa. mēb. ca. 8. & li. 5. Interi.li. 5. de accid. & morb.capit.7.

 libro

libro de Accidente & morbo docet: annorum tamen series ab ea temperatura hominis complexionem, in plus æquo frigidam, quæ mater albedinis est, seducit, & capillos ægrotare facit. Est enim capillorum ægritudo canities. Galenus pituitæ redundantiam in radice putrescentem causam asserit, quod item princeps opinatur. Quibus omnibus eleganter Philosophus succinit, tres ostendens in homine canitiei rationes: frigus quippe, nutrimenti putredinem, & aerem plurimum interclusum.

Li.2. de Tēper.

De Animal li.19. ca.2.

Quæstio 2.

Cur qui pileo frequenter teguntur, seu alio quouis capitis tegumento, plærumq; canescunt?

Solutio.

Quia operimenta capillos, ne perflatiles sint, impediunt. Nam in capillorum radicibus putredo facile ex hac causa emergit. Hinc quoq; est, quòd Cornelius Celsus diligentem admodum tecturam, damnare uidetur, potißimum quando Hippocratem Coum medicorum alpham, à patre suo præmonitum, ut diligenter caput suum pileo ex pellibus integeret, facile constet: unde canitie deformatum Soranus arbitratur, & in hodiernum diem pileatum depingi censet. Quidam tamen aliter opinantur, & pileo caput operuisse scribunt, quo caluitium, caluus enim fuerit, celaret. Alij pileatum narrāt propter nobilitatem suam, cuius sym bolum

Cels. libr.1.

Soran. in uita Hipp.

bolum antiquitus habebatur pileus: propter quod & Vlyssem semper pileatum comparuisse, Græcorum historiæ habent. Complures Hippocratem, per illam diligentem tecturã uoluisse asserunt, ut ostenderet quàm maximè eam hominis partem, in qua tanquàm domicilio princeps animus residet, & intelligendi pontificium positum est, & tuendam & defendendam à quouis extraneo nocumẽto: quod uix rectius quàm per pileum fieri potest.

Quæstio 3.

Propter quid cæci à generatione non fiunt calui?

Solutio.

Quia nascitur caluities ex defectu humiditatis calidæ, & siccitatis redundantia, uelut Aristoteli placet quæ in cæcis abest: humiditas enim in istis, dum abundat, capillos ne defluant pascit, quæ in uidentibus oculorum substantiam pascere teneretur.

Li. 5. de Gener. anim.

Quæstio 4.

Quid impedit, quòd mulieres non ut uiri caluitio fœdantur?

Solutio.

Quia uiri sunt frigidiores, Galeno teste, & magis hument: unde pilis nutrimẽtum addunt quo minus cadãt. ad hoc quòd frigus cutem compactiorem reddat, ut exin pili retineantur, frigoris esse compingere & compactius facere: caloris uero ratificare, diffundere,

Lib. 2. Complex. ca. 4.

Gal.lib.16. de util. partic.cap.14. & libr. de trem. & iectī.capit.5. item 2.aph. comm.50.

Galenus in multis locis uerißimè ostendit. Huic quæstioni conuenire uidentur, quæ Plinius habet Naturalis historiæ lib.11.cap.34. ubi dicit defluuium in muliere rarum, in spadonibus non uisum, nec in ullo ante Veneris usum.

Quæstio 5.

Propter quid Eunuchi non fiunt calui?

Solutio.

Arist.10. sect. prop. 58. Hippo. lib. de Natura infantis. Li.2.ca.6. L.1. Miam. cap.1. Li. de Aqua & aere. Vigesima tertij.

Nodum hunc Philosophus soluit, dicens: propterea spadones, hoc est, omnes qui testiculis carent non fieri caluos, quia cerebri abundant redundantia, quando re non utantur Venerea, quæ humidum spermaticum, Galeno teste, in coitu utentibus spinæ dorsalis medio, in uasa seminalia de cerebro manare, ut istud exsiccet, certißimè faciat. Nam idem Galenus pari ratione pilis nutrimento subtracto, casum fieri docet: ac terræ nascentibus si humidum absit, per spinam à cerebro humidum coeundo defluere id potißimum probat, quòd Hippocrates uenulas post aures incisas sterilitatem parere dicit. Et Auicenna boues ectomios, id est exsectos, cornua maiora obtinere asserit.

Quæstio 6.

Si caluitium à siccitate oritur, ut Galenus istorum uerborum contextu indicat, dicens: caluicies siccitatis cerebri est cognitio. Cur anterior pars capitis subinde caluescit, quæ occipitio est humidior?

So-

Solutio.

Causam esse dicit Macrobius, quòd partes priores capitis, licet humidiores cognoscantur. Sint tamen natura rariores, ita ut quicquid superflui aut fumei flatus in ijs fuerit, per plures id meatus confestim euanescat, humorem siccitate permutando. Ni alia uia soluere tentemus, dicendo, quamuis occipitium siccius habetur: ea tamen siccitas non uiciosa est, sed multum cõnaturalis, quæ caluitium non efficit, quando saltẽ per ea quæ per malam temperiem, quam Græci Acrasian uocant, contingit. Satur. li. 7. cap. 10.

Quæstio 7.

Qui fit, ut qui crispi sunt capillitio, citius caluescũt?

Solutio.

Quoniam caput habent ea siccitate complexionatum, quæ excrementum, Græcis Phlegma dictum, unde capilli enutriri deberent, habet absumere.

Quæstio 8.

Rufi capilli cur celerius quàm nigri uel coloris alterius canescunt.

Solutio.

Quia Pyrrotes, hoc est rufitas, quasi pili imbecillitas est, quæ nascitur ex materia multum infirma, uidelicet sanguine menstruo.

Quæstio 9.

Quare cruci affixis pili crescunt?

Solutio.

Quia corpora eorum sunt exposita Soli, qui calore suo totum humidum, quod illis inest, resoluit in fumum, ex quo generantur & augmentantur crines.

Quæstio 10.

Cur raro admodum barba mulieribus adnascitur, quæ aliàs pilosæ notantur: & admodum raro, ut barbatas quasi monstrificas uulgatim dicamus, seu alicuius mali præsagij nuntias, & eminus salutandas?

Solutio.

Pororum seu meatuum angustiam, dicimus causam in maxillis potißimum dominantem. Euenit autem ea frigore, cuius abundant magis quàm uiri, dum calidißima mulier frigidior habetur quàm frigidißimus uir, Galeno asserente, qui idem frigoris esse dicit, poros constringere, condensare & cutem compactiorem reddere lib. 2. interio. cap. 2.

Li. 2. cōpl. capit. 4. & lib. 7. de Vtil. parti. capit. 22.

Quæstio 11.

Cur mulieribus aliquibus barba adnascitur?

Solutio.

Quia uiragines sunt calore, qui pilorum nutrimentum est, abundantes. Aut quia menstrua, quæ à quibus Gynætia dicuntur, suppressa habent: uelut Auicennæ placet.

Vigesima prima tertij cap. 26.

Quæstio 12.

Cur mulieres barbatæ Aphroditen plus amant, quàm

quàm mulieres imberbes?

Solutio.

Philosophus orta principio attestari docet: hæ ergo quia à sua natiuitate sunt uiragines, uirilem ad coitum habent appetentiam. Illarum hic est ortus, si utero mulieres bene defecato, concurrente interiori membrorum principalium bona habitudine, quid seminis ex sinistro latere uiri dextrorsum inciderit, mulier procreatur per omnia uirilis, & uirago dicitur. E diuerso, si uiri semē ex dextro latere in sinistros uteri locellos, masculus. Sed euirato corpore, uolsis moribus & per omnia muliebris: si q; utriusq; semen in medij uteri cellulas Hermophroditus cum utroq; generandi membro.

Quæstio 13.

Capilli hominis cur tenues?

Solutio.

Cum caput tegendum erat, nam carnem non habet, leuißimo & tutißimo tegumento id fieri natura uoluit, pulchritudini quoq; sic consulens. hoc namque in mulieribus non solum, sed uiris item ornamentum est, potißimum si auri colorem referant: quoniam nigri, quanto à coloris gratia degenerant, tanto etiam craßiores sunt substantia.

Quæst 14.

Quare in mulierib. mamillæ pectori sunt appositæ? Gal. lib. 7. de Vti. par. cap. 22.

Solutio.

Constan. de Med. lib. 3. cap. 34. Quia pectus est series cordis calidißimi, quo menstruum transmittitur, ut hoc cordis uigore in lac coquatur.

Quæstio 15.

An mamillæ magnæ lactantibus pueris magis sint proficuæ, quàm paruæ seu mediocres?

Solutio.

In magnis calor est diffusus aut dispersus, unde lac in eis non bene concoquitur, in paruis unitus est. hinc Canon Vniuers. meliores sunt pro Mesnes sententia, quando uirtutem unitam dispersæ præponit. Communiter tamen mediocres præ alijs laudamus, dum omne fermè modicum optimum habetur.

Quæstio 16.

Quare in decimo tertio, uel decimo quarto anno mamillæ iuuencularum crescere incipiunt?

Solutio.

Lib. de Gener. anim. Quia pubes & menstrua, ut Philosopho placet, illis hac annorum serie crescere incipiunt, ut in uiris spermata.

Quæstio 17.

Lib. 2. aph. 38. Cur Hippocrates scribit, mulieri quæ abortum dedit, mollescere mamillas?

Solutio.

Quoniam Galenus inquit, menstrua ad mamillas ampli-

amplius non fluunt, quibus fœtus nutriri debuerat.

Quæstio 18.

Quare lac muliebre, ethicis omnibus lactis generibus melius est, quando sugendo bibitur: sicut Auicenna docet? Auic. cā. 2. ca. de Lacte.

Solutio.

Quia lac humanum siue muliebre, subtilius est, frigidius & humidius, naturæ humanæ magis simile, uelotius penetrans, citius digestum & magis nutriens: absq; tamen mora patienti sugendum offeratur, ne ab aere corrumpatur. Gal. li. 5. de Ingen. sanit. cap. 12.

Quæstio 19.

Cur Hippocrates dixit, mulieri sanguinem euomenti, si menstrua erumpant, solutionem accidere? Lib. 5. aph. 33.

Solutio.

Si cui mulieri sanguis è superiore parte manauerit, id est per uomitum, & menstrua subsequuta fuerint, deriuatio fit à loco superiore ad inferiorem per menstruorum fluxum.

Quæstio 20.

Quare cōmuniter mulieres uiris sunt pulchriores?

Solutio.

Aristoteles quæsitum soluit: quia inquit in mulieribus humiditas aut superfluitas, quæ est materia pilorum, paßim in corporibus uirorum existentium cum materia menstruali expellitur, uel illud quoq; argu-

mento est, quòd mulieres rarißimè à sanguinis fluxu nanum molestantur: nec apostmata seu ulcera nisi multum raro habent.

Quæstio 21.

Cur mulierum uox admodum exilis & acuta est?

Solutio.

Id facere superflui humoris abundãtiam rerum pe ritiores dicunt. Ipsæ enim Arterian, per quam sonus uocis ascendit, efficiẽs craßiorem, angustat uocis mea tum, quem in uiris liberum cognoscimus, & ex inte= gro patentem: unde uocis quoque grauioris sunt seu craßioris.

Quæstio 22.

Cur nutrices infantulos suos operimentis obtegũt, si Luna multum luceat?

Solutio.

Ne plenos per ætatem naturalis humoris, amplius lunare lumen humectet, & sunt ligna adhuc uirore humida, accepto calore curuentur: ita & illorum mẽ= bra contorqueat humoris adiectio.

Quæstio 23.

Quare oculi mulieris menstruosæ, nouum specu= lum maculis inficiunt?

Solutio.

Arist. in lib. de Som. & uigilia. Ex Aristotele hic soluendus est nodus: inquit enim & menstruis ab ea fluentibus, quòd aer sic corrũmpatur ut uene=

ut uenenosissimus ab ea in caput & oculos mulieris, ubi exitum per poros quærat, resoluatur, qui uitrum maculet.

Quæstio 24.

Cur præpingues mulieres generationi sunt inhabiles?

Solutio.

Quia uniuersum alimentum in corporis abit substantiam. Hippocrates tamen aliter soluit, dicens: quæcunq; præter naturam crassæ non concipiunt, ijs omentum os uteri comprimit, & priusq; extenuentur non concipiunt. Hippocrati hallucinatur Auicenna eandem opinionem tenens.

Lib. aph. 5. aph. 47.

Auic. uiges. prim. tract. 3. cap. 1.

Quæstio 25.

Quare mulieres amplius quàm uiri, capitis infestantur doloribus?

Solutio.

Quia obseruatum est in mulierum capitibus ossa compactiora esse, & pauciores habere suturas, per quas superfluitates exterius emergant. Multas capitis conferre suturas uel id argumento est, quòd osse capitis maniaci pertuso, morbi solutio sit. Albertus causam huius mulierum doloris mensibus quos habent inscribit, dicens ab istis uenenosos ad caput ostendere fumos: qui dum exitum non inueniant, caput aggrauando, dolorem faciant.

Quæstio 26.

Cur Hippocrates mulierem non podagra laborare dixit, si menstruam habeat purgationem?

Solutio.

Quia purgatio talis uniuersalis est, quæ crassos humores, ne in articulos cadant maximè remoratur.

Quæstio 27.

Plin. li. 10. cap. 63.

Cur mulieries æstate Veneris sunt appetentiores, & uiri hyeme?

Solutio.

Namq; mulieres sunt præhumidæ naturæ & algentis; quæ hac anni parte, Solis ui & æstus, ad temperiem deducitur. Dum interim in maribus siccitas qua prius abundant, inaugescat & semen diminuat.

Quæstio 28.

Cur similes mulieres dißimiles partus edant?

Solutio.

In lib. de anath. matr. cap. 3.

Scirpum Galenus soluit, & dispositionem locarem uteri causam potißimam dicit, cum una extensiorem uteri sinum in longum habeat, quàm altera.

Quæstio 29.

Cur mulier unico partu plures edat pueros?

Solutio.

Empedocl.

Empedocles causam asserit seminis utriusq; parentis magnam affluentiam: sed corporum differentias

Aesclepiad.

Aesclepiades, qui in his sunt, in granulis usu ueniat:

uel ex

uel ex minutissimo triginta uel plures ramusculos oriri dixit, ubi Erasistratus certum conceptionis præfigurat tempus, ac si matrice multum defecata uberior partus contingat. Erasistratus.

Quæstio 30.

Qui fit, ut uel masculum uel fœminã parit mulier?

Gal. li. 14. de Vtil. partic. cap. 7.

Solutio.

Ita quidam hanc quæstionem soluunt, dicentes conceptionis hora planetam masculum, in signo masculino existentem, Solis adminiculo marem creare: & fœmineum in signo fœmineo eodem Sole adspirante fœminam. Sed Anaxagoras & Democritus super ea re sic uolunt, ut ex primis qualitatibus actiuis sexus discrimen oriatur ex calore masculus, & fœmina ex frigore. Ast Hipponactis Ephesij quoq; nõ prætereundam censemus opinionem, qui marem fieri opinatur ex semine uiri mulieris nutrimentum excedente, & fœminam ex nutrimento mulieris, quod semine uirili est potentius. sic isti Philosophi. Tamen ut res medullitus pateat, sciendum est, sexus disparitatem causare, si masculinæ stirpis genitura, ex dextro latere, spissa, digesta & calorifica ui potens, super algorem, & indigestionem guttarum fœmellæ utero defecato ceciderit: concurrente interiori membrorum principalium bona habitudine, & exteriori super cœlestium corporum benigna affluentia. nam sic mares fieri, & per op positum

Anaxagoras. Democritus. Hipponax.

Gal. lib. de util. partic. cap. 4.

positum fœminam maximè constat.

Quæstso 31.

Cur mulier naturaliter unico partu triginta quinq; embryones parere queat?

Solutio.

Ex parte organi generationem suscipientis hoc contingit. est enim uterus utrinq; tribus conceptaculis, septimo intermediãte, ui et Dei prouidentia, sic miraculose procreatus, ut horum omnium singillatim quodq; rugositates arietinorum cornuum instar quinque obtineat: in quæ si undique prolificum recipiatur semen, triginta quinque impregnabitur embriunculis mulier.

Questio 32.

Cur fœminis in sopore contingit profusio?

Solutio.

Ab Aristotele notatum est, corpus quod concubiturũ sit, calidum intus atq; humidum esse debere: cuiusmodi per somnum ferè cõtingit frequentius, quàm per uigiliam. Vnde celeriter item & sine temporis agitatione seminis eo tempore fiunt fluxus, & magis quàm uigiliarum hora.

Quæstio 33.

An poßibile sit hunc rem posse habere Veneram, qui pedes habet algore correptos?

Solu-

Solutio.

Maxime, si quis multum feruentis reperiatur naturæ, ut pedum nuditas & frigefactio calidum redundans, ad temperamentum perducat.

Quæstio 34.

Cur spadonibus uisus est debilis?

Solutio.

Acumen uisus fit per spiritus uisibiles calidos, subtiles & lucidos: sicut est uidere in animalibus calidis, & bene digerentibus. Aquila exemplo est. In spadonibus autem abscißis testibus, corpus non calescit, nec spiritus subtiles ac mobiles generantur. quo fit ut uisus efficiatur hebetior.

Quæstio 35.

Cur claudi salatiores sunt, atq; ad usus Venereos implendos præpotentiores?

Solutio.

Sic peritißimos ratiocinari animaduerto. Quilibet ex hominibus densiore pilo, ut etiã aues, ad usum Venereum promptior est caloris humorisq; copia: utrũque etenim ad concubitum pernecessarium est, siquidem calidum secernit, humidum secernitur. Vbi pari ratione claudi salatiores sunt: quoniam in eis parum quippe alimenti ad inferiora ex uitio crurum delabitur: ad superiora uerò profertur plurimum, & in semen concernitur.

Questio 36.

Cur inferna mulierum magna ex parte craßiora sunt, & in uiris superna?

Solutio.

Ratio in frigiditate & calore est. Nam frigidiore muliebri natura, alimenti portio, unde corpus augescit, minima surrigitur, quod efficere calor potest: residens uerò in imo, id corpulentius efficit & auctius: in maribus autem contrarium euenit.

Questio 37.

Cur pueris nates potißimum cædantur?

Solutio.

Cædi pueros hac parte ideo receptum aiunt, quòd sint nates sensus obtusi ob cutis craßitudinem, cui insit callosum aliquid quod solidius sit & durius.

Questio 38.

Cur sapientes magis uitijs dediti uidentur?

Solutio.

Fit hoc fallente sensu: nam ita res se non habet. Sed ob splendorem nominis uitia, etiam parua sunt in illis conspicua, & in illis magis quoq; animaduertuntur. Plebeios obscuritas tegit: quia non tot oculos in se habent conuersos, ut sapientes. principes magnitudo defendit, haud aliter quàm maculæ præmodicæ parum notantur in ampla ueste.

Quæ-

Queſtio 39.

Cur ſapientes plærumq; peßimi uiri?

Solutio.

Quia calidißimi ſunt natura & humidißimi: ſæpe tamen Philoſophiæ ſtudium à ſua malitia tales remoratur.

Queſtio 40.

Sapientes cur ad Venerem debiles?

Solutio.

Ob contemplationem minus ſunt prompti ad Venerem. Nam ſpiritus ob ſtudium remorantur, feruntur'q; à corde in contrariam partem genitalium, ſcilicet uerſus cerebrum: unde quoq; & ſibi dißimiles generant filios.

Queſtio 41.

Cur homo alis caret, & maximos habet pedes?

Solutio.

Quia ob humorem graue futurum erat corpus humanum, alis merito carere decuit. Nam uolare non potuiſſet: propter quod pedibus quatuor opus erat, ſed pronus fuiſſet capite. Vt igitur gemminis tantum ſtaret & erectus, ac ſine auxilio incederet, natura homini maximos pedes adornauit: id quod & Galenus in libro de Vtil. partic. abunde docet. Galenus de util. partic.

Quæſtio 42.

Cur mutili, & quos natura ſignauit, plærumque

ſunt mali homines?

Solutio.

Facilimè negotium abſoluunt Aſtronomi, dicentes, infortunas illis dominari, à quibus omnium flagitiorum colluuies ortum habet. Mutilos autem dicimus, cœcos, ſurdos, ſtrabos, claudos, ſedigitos, & huius generis alios.

Queſtio 43.

Cur filij plærumq; ſimiles ſunt ſuis patribus?

Solutio.

Parmenides. Empedocles.

Parmenides cauſam dicit, partus lapſum in dextrã matricis partem. Nam ſi in ſiniſtram ceciderit, matris refert, ut ipſe opinatur ſimilitudinem. Empedocles aliter cenſet. Nam ſimilitudinem fieri putat pro ea ſeminis fœcunditate quæ uehementiorem uim habet, & amborum parentum diſsimilitudines, ſi utriusq; ſeminis calor langueat, uel extinctus ſit. Stoici ex uniuerſo, & corpore & animo ferri ſemina probant, ex quibus ſimilitudines formentur, & quo ad exteriorẽ corporis ſtatum & figuram, & quo ad uim & naturam interiorem: propter quod uidere quandoq; liceat in quibuſdam ueluti generatas, non corporis ſolum ſed etiam animi uirtutes ſuperiorum.

Stoicorum ſuper ea re ſententia.

Queſtio 44.

Et Naſo li. 1. transfor.

Cur Philoſophus hominem ſolum omnium animalium dixit erectum?

So=

Solutio.

Quoniam eius natura atque substantia diuina est, quæ contemptis terrenis contemplari debet cœlestia & diuina. Sed Physica ratio hæc est, quòd naturaliter cuilibet rei & operi talis figura est deputanda, quæ suo motui fiat apta, ut cœlo competit rotunditas, & igni figura pyramidalis, quæ motui sursum est apta. Ergo rei pipedali ut est homo, figura pyramidalis est aptißima.

Questio 45.

Cur octimestris partus raro sit uitalis?

Solutio.

Hipp. li. de Oct. partu.

Quia infantulis dum in utero sunt, planetas nouimus præfici. Vbi eo mense natis, Saturnum qui frigidus & siccus est, Episcopum datum esse constat, cuius utramq; qualitatem ferre non possunt: quia uitæ sunt contrariæ. calor etenim ut Hippocrates ait, naturæ amicus est. Sunt tamen qui Astronomica ratione elisa, aliam in medium afferant, dicentes, embrionem sæpe mense septimo ab uteri conceptaculis egressum affectare, ac in id colluctari plurimum, uerũ conatum excidere, atque interim fatigatum effici imbecilliorem. quòd si nec dum refectis uiribus octauo rursum eundem petat conatum oblæsum. Frequentius exire & interimori, item alias rationes ostendit Hippocrates in libro præallegato.

Lib. 5. aph. 19.

Questio 46.

Cur aliqui naſcuntur diſtortis cruribus?

Solutio.

Hos Galenus Varos nominat, & ob curuatam matricis naſcuntur ſituationem, non aliter quàm inæqualia ſimulachra fiunt, ſi plumbum calefactum inæqualiter in formam funditur. Patet enim matricē ſæpe ad recipiendum ſemen incuruari, quòd eiuſdem nimium ſit auida ex propria quadam uirtute à tota ſpetie.

Questio 47.

Puer cur ex uno latere ſæpius naſcitur claudus?

Solutio.

Hipp. li. de ſeptimeſt. partu.

Ex inordinato fit hoc uiri congreſſu, ut ſi in latere decumbat, rectum embrionis impedit habitum, quòd matrix peruerſe in ſe recipiat ſemē, ut claudū formet.

Questio 48.

Cur aliquando naſcitur infans ſine brachijs, digitis manuum, uel abſq; pedibus eorumúe digitis?

Solutio.

Si matrix concipientis fœminæ nimium fuerit lubrica, tale monſtrum naſcitur. Etenim ſemen infuſum non totum retinet matrix. Vnde natura intendens recte operatur, ſed producens aberrat. dum enim ad omnium membrorum formationem non ſatis habet de materia, format quæ poteſt, magis quidem neceſſaria, ut cor, hepar, cerebrum & teſtes. Vnde maſſa coagulatur for=

tur forte ſine brachijs, aut ſine pedibus, aut digitis manuum, aut mutila. Sunt tamen qui aſtris horum defectuum cauſas affatim concedant, maximè Alchabitius qui gradus quoſdam eſſe dicit, in quibus ſi fuerit Luna, dum aliquis concipitur partus, uitij expers nunquàm eſſe poßit: & ſextũ recenſet in Tauro, octauum nonum & decimum in Cancro, ſeptimum & nonum in Leone, decimum, uigeſimum ſecundum & uigeſimum octauum in Scorpione, nonum & uigeſimum octauum in Sagittario, ſeptimum, octauum, uigeſimum & trigeſimum in Capricorno, tertium, ſextum & uigeſimum ſecundum in Aquario, decimum octauum et decimum nonum in Piſcibus: & ſic fatali ratione omnia fieri contendit. Alchabitius

Quęſtio 49.

Cur monſtra quandoq; naſcuntur, homines anterius, poſterius equi, humanas uoces conferentia?

Solutio.

Materiam qualitate peccare naturales prædicant. cum enim ſemen parum à natura declinauerit humana, mixtas formas oriri fatentur et monſtra biformia: quidam tamen hoc item aſtris impingunt, & Sagittarium biformem in cauſa prædicant.

Quęſtio 50.

Cur infans biceps quandoq; naſcitur?

Solutio.

Empedocl. Propter excessum quantitatis materiæ, quod semen est contingere, id narrant. At Empedocles Agrigentinus sic habet. Si in matricis semen affatim utrinque effunditur, cellulas gemelli nascũtur, distinctis corporibus & binis capitibus. Si autem medium occupauerit matricis, cohærent inferius, & superiora utrinque defluunt.

Quæstio 51.

Cur monstra ex ouis quandoq; nascuntur?

Solutio.

Euenit quandoq;, ut ex uno ouo Gallum & Gallinam, combinatis tamen corporib. excludi uideamus. Vbi rationem offerimus, duos oui uitellos, in una testa ex duorum spermatum congregatione, sine alterius parietis interstitio. Nam si pariete uel corio diuidantur, duo pulli, sed corporibus separatis emergunt.

Quæstio 52.

Li.18.c.23. Queritur, cur Plinius, Austro flãte in brutis fœmineos concipi fœtus dixerit, magis quàm masculos?

Solutio

Lib. 18. histor. anim. Questionem soluit Albertus, dicens: ideo flante austro fœminas concipi, quia tunc corpora humescant, & calor geminus, extraneo calore Austri resoluatur atq; uires debilitentur ut fœmellæ fiant: sed spirantibus Aquilonibus masculi, quòd flatus ij frigidiores

sint,

ſint magis obturantes corporeos meatus, ne intrinſecus calor exhalare queat. Vnde corpus expeditius robuſtiusq́; & genitura uegetior, magisq́; idonea ad maris generationem informetur.

Quæſtio 52.

Cur pro Homeri dictis filij plærumq́; degenerant, & raro parentes æquant, ſic ut ſtolidi parentes ſubinde liberos progignant, robuſtos ac prudentes: prudentes autem parentes ſtolidos & uanos filios? Homeri uerba hæc ſunt:

Aequat raro patrem ſoboles, & plurimi ab illis
Degenerant, pauci ſuperant probitate parentes?

Homerus Odiſſeæ E.

Solutio.

Sic res habet. Stolidi parentes dum in actu ſunt Venereo, nimium adſtringuntur uoluptati, animamq́; corpori magnopere immergunt: ex quo ſemen uirtutum, tam animalis quàm naturalis redditur potens, & prudentes ualidiq́; naſcuntur filij. Sed prudẽtes quum oppoſito modo ſe habent, oppoſito quoq; modo progignunt imprudentes & uanos. Nam coeuntes mentem ſparſam habent & ſuſpenſam, cogitãtes quæ ſunt extrinſecus neceſſaria. Vnde ſemen eorum defluit ambarum uirtutum defectuoſum.

Quæſtio 53.

Cur animalibus quibuſdam color pilorum nigrior eſt ab ortu quàm procedente ætate?

Solutio.

Quoniam calor ille in utero maiorem habuit efficatiam, quum reclusus fuerat, & humidum fœtus pinguius, quàm post natiuitatem.

Quæstio 54.

Cur porrum fœcundas facere puellas dicitur?

Solutio

Cano. 2. capit. de Porro. Quia coartationi matricis, Auicenna scribente, & duritiei multum confert, quæ sæpius conceptioni sunt impedimento.

Quęstio 55.

Cur omnium medicorum consensu coitus lædere oculos fertur?

Solutio.

Arist. sectio 4. Aristoteles problema soluit, dicẽs: quia per coitum auferatur quod oportunum est oculis. necesse enim sit eis humidum aqueum, subtile inesse, ut spiritus uisibiles sic fulciãtur. Nam oculus naturaliter est humidus.

Lib de Sensu & sens. & 5. de Gener. anim. Vnde apud præallegatum Autorem oculus de natura esse aquæ dicitur: sed euulsis humiditatibus & euacuatis contingit superiora desiccari, propterquod oculi à sui recedunt natura, quæ humiditate uigebat.

Quęstio 56.

Gale. 13. de inge. san. dist. 3. cap. 16. Ossa capitis cur ex pluribus frustis sunt compacta?

Solutio.

Vt caput tutius esset, & non, si pars una capitis fracta fo-

cta foret, totum caput læsum uideretur, ac ut uenæ arteriæq; ingredi commodius possent, egrediq; excrementa fuliginosa.

Questio 57.

Cur natura oculos palpebris muniuit?

Solutio.

Causa est, ut solus oculus tanquàm rex, nec inuitus laborare, nec cum nollet, ociari cogeretur: sed ad arbitrium uideret, quæ uellet, & abstineret si odisset.

Questio 58.

Cur oculus canis nigri in manu detentus prohibet, ne canes quem allatrent?

Solutio.

Fit hoc propter odorem. nam canes ut apertißimum est, mirum in modũ percipiunt odores, quamuis tenuißimos: sed tamen in recenti oculo uerius esse potest quàm olim eruto.

Questio 59.

Quare monoculi sunt certiores sagittando?

Solutio.

Quoniam, Mesue attestante, omnis uirtus unita fortior est se ipsa dispersa. Virtus dispersa uisiua in duobus, uno oculo uel clauso uel non comparente congregatur, & uisus fortificatur, ut certior euadat.

Questio 60.

Quare oculi glauci de die parũ uident, de nocte uerò melius?

Solutio.

Quia glaucedo, Philoſophus inquit, per ſe eſt lucida, & ſpiritus uiſibiles debilitantur in die, qui in nocte confortantur.

Queſtio 61.

Cur aliqui habentes oculos claros, & tamen nihil uident?

Solutio.

Hoc fit propter opilationem aut deſtructionem nerui obtici uiſibilis, Ariſtotele aſſerente. Nam eo opilato uel deſtructo, uirtus uiſiua ad oculum à cerebro deferri non poteſt.

Lib. de ſenſu & ſenſat.

Queſtio 62.

Quare homines habentes oculos in capite profundos, acutè & longius uident?

Solutio.

Problema Philoſophus ſoluit, dicens: quòd in eis uirtus uiſiua non diſpergatur, ſed procedat diametraliter ad rem uiſam. Et hoc declarari poßit à ſimili. Nã dũ aliquis ſtet in profunda fouea ſeu puteo, ſtellas cœli & firmamenti ſpeculari clara die queat. Nam uirtus uiſiua tunc, & radij multum uniantur.

Li. 2. de Generat. animal.

In lib. de form. ſpeculi.

Queſtio 63.

Qui fit, ut qui paruo capite homines ſunt ſecundum aliorum membrorum proportionem, maximè impetuoſi ſunt & uiolenti?

Solutio.

Quia caput & cor ideo situ opposita sibi inuicem sunt, ut cerebri frigiditate, cordis temperetur calor, Est enim maximè calidum membrum cor, Galeno teste. Capite igitur paruo existente calor cordis calafaciendo superfluus fit, & uiolentiam parit: propterea Aegineta dicit lib. primo medicin. paruum caput prauæ constitutionis peculiare est iudicium. Lib. de Inæqual.tem. doct. 2. capit.3. & 2. com.cap.3.

Questio 64.

Cur Galenus caput paruum signum esse dixit proprium malæ formæ cerebri? Lib. 2. paruæ artis.

Solutio.

Hali Rhodoan causam enarrat. Constrictionem quippe coartationemq; uentrium cerebri, ex quibus spiritus animalis libere non ualet expatiari, addita quoq; eorum imbecillitate, quæ inde producuntur. Etenim si exigua sit radix, uix inde procedere aliquid magni poßit, dicens.

Questio 65.

Cur qui cor habent exile audaciores sunt?

Solutio.

Quia calor in istis abundantior est propter uirtutem unitam. argumento sunt canes, qui strenue uenando flagrant, dum cordis sunt contractioris. Cerui quia dilatioris, ad fugam paratiores sunt.

Quæ-

Questio 66.

Corpora mortuorum cur uiuentium corporibus grauiora sunt?

Solutio.

Quoniam exhalante anima, secum calor etiam & quicquid ab illo est elaboratum euanescit: quod in metallicis quoque usu uenire compertißimum habemus. plumbum enim cum in cerusam uertitur, ac uritur, tertia decima parte sui ponderis augetur: quod quidem fit, quia calor ille cœlestis euanescit.

Questio 67.

Pedes cur trepidantibus sudant, non facies, quæ alioqui sudoribus maximè est obnoxia?

Solutio.

Eam rationem pedum sudor habet, quòd sit trepidatio aliud nihil, Philosopho teste, quàm metus quidam super re inchoanda: at metu existente superma frigescant, caloris fuga ad intima, infernaq́;, quo item nomine & trepidantes quoq; pallent.

Questio 68.

Quare cerebrum est album?

Solutio.

Respondetur bifariam. Primo, quia frigidum est, & frigiditas mater albedinis habetur. Secundo, ut poßit in sese recipere omnem similitudinem omnium colorum. albus enim color maximè simplex cognoscitur.

Quæ-

Quęstio 69.

Qui fit, quòd cerebrum à natura formatum est mē brum præhumidum? Gale. lib. 3. alim. ca. 7.

Solutio.

Vt eo facilius in se recipiat impreßionem, dum humidum faciliter est receptiuum impreßionum: sicut in cera patet, quæ de facili in sese recipit impreßionem sigilli.

Quęstio 70.

Cur dentes sensu carere dicuntur, quum in istis sæpius maximum dolorem percipiamus? Contra Galen. libr. 18. de Vtil. partic. cap. 2.

Solutio.

Non os dētis in sensu est ut dolor fiat, sed caro quæ dentem continet, aut neruus qui dentis radicem occupat. Simile est de ungui: quātus enim extra carnē crescēdo pergit, sine sensu secatur, qui carni adhæret, iam facit si secetur, dolorem, non suo, sed sedis suæ corpore. Sic item capillus dum superior secatur, nescit dolorem: si euellatur, sensum accipit à carne quā deserit.

Quæstio 71.

Quare homo imaginando erigit corpus sursum uersus cœlum?

Solutio.

Quia imaginatio est in anteriori parte cerebri: quæ propterea erigitur, ut cellulæ imaginationis aperian-

riantur, & ſpiritus animalis concurrendo facere poſſit imaginationem.

Quæſtio 72.

Quare homo cogitans & recogitans de præteritis caput ſuum inclinat ad terram?

Solutio.

Hoc ideo ſit, quia cellula poſterior memorati uitam habet, quæ erigitur uerſus cœlum, cum caput inclinatur ad terram: & ſic aperitur illa cellula ut ſpiritus animantis perficientes memoriam intrent?

Quæſtio 73.

Quæ facit cauſa, ut rubor corpori ex animi pudore naſcatur?

Solutio.

Inde fit, quòd natura cum quid ei occurrit honeſto pudore dignum, imùm petendo penetrat ſanguinem: quo commoto atq; diffuſo cutis tingitur, ut rubor fiat. Dicunt enim Phyſici, quòd natura pudore tacta, ita ſanguinem ante ſe pio uelamento tendat, ut uidemus quemq; erubeſcẽtem manum ſibi ante faciem frequenter opponere.

Quæſtio 74.

Qui gaudent cur erubeſcunt?

Solutio.

Gaudium extrinſecus contingit. ad hoc enim animoſo occurſu natura feſtinat, quam ſanguis comitando quaſi

do quasi alacritate integritatis suæ compotem, tingit cutem: & inde similis color nascitur.

Quæstio 75.

Qui metuunt, qua ratione pallescunt?

Solutio.

Natura, cum quid de extrinsecus contingētibus metuit, in altum tota demergitur: sicut nos quoq; cum timemus latebras & loca nos oculentia quærimus. Ergo tota descendens, ut lateat, trahit secum sanguinem, quo uelut curru semper uehitur: quo demerso, humor dilutior cuti remanet, & inde pallescit.

Quæstio 76.

Timentes cur tremunt?

Solutio.

Quia uirtus animæ introrsum fugiens, neruos relinquit, quibus tenebatur fortitudo membrorum, & inde saltum timoris agitantur.

Quæstio 77.

Quare laxamentum uentris comitatur timorem?

Solutio.

Quia musculi, quibus clauduntur retrimentorum meatus, fugientis retorsum animæ uirtute deserti, laxant uincula, quibus retrimenta usq; ad digestionis opportunitatem continebantur.

Quæstio 78.

Propter quid hyeme uox hominis grauior est

quàm

quàm alijs partibus anni?

Solutio.

Quia hyeme propter multitudinem Rheumatum Epyglotis aut canna opilantur, ita quòd aer tardatur in motu: quod quidem uocem grauem facit.

Quæstio 79.

Cur digiti ſunt groſsiores ante cibum, quàm cibo recens ſumpto?

Solutio.

Albertus ænigma ſoluit, dicens, quòd homo ieiunus malis humoribus repletus ſit, & fumoſitatibus diuerſis, quorum amborum interſit omnia ingroſſare membra & etiam digitos. Sed cum per cibum ingeſtum expellantur, oppoſitum contingat. Ex hac quoque cauſa homo ieiunus grauior eſt, quàm cibatus. Vel ut ueriorem adducam rationem, eodem Alberto eam ſcribente, quæ eſt: quòd poſt cibum calor à membris exterioribus delegatur ad interiora, propter cibi digeſtionem, unde membra exteriora gracillentur: ſed poſt digeſtionem cibi è diuerſo calor dirigatur ad mēbra exteriora, & corpulentiora ea faciat.

Quæſtio 80.

Quare ambidextros quandoq; uiros reperimus?

Solutio.

Propter multitudinem caloris cordis hoc uſu uenit, propterq; calidam eius ſufflationem. Exin enim ſiniſtra,

nistra, tam habilis operandum efficitur, quàm etiam dextra est. Proinde raro mulierem ambidextram uidimus, ut Hippoc. placet, quæ plærūq; frigidæ sunt. Lib.7.aph. 45.

Quæstio 81.

Cur solus homo, & animal huic simile, ut simia, manus habet?

Solutio.

Quia, uelut Aristoteli placet, manus organum organorum est, quo maximè homo indiget, dum multæ operationes, per illa & non alia organa perficiuntur. Lib.3.de anima.

Quæstio 82.

Quare quilibet digitus habet tres articulos, & pollex qui maior est, tantum duos?

Solutio.

Pollex item tres habet: nam tertius rascetæ seu brachio incorporatur, propter quod fortior quoq; est & maioris uirtutis, Philosopho scribente. Velut ethimon uocabuli id etiam ostendit, dum à polleo, quod est excello, pollex dicatur.

Quæstio 83.

Cur hominis brachia sunt rotunda?

Solutio.

Propter uelocitatem motus, sic natura ordinauit. nam talis figura, motui ualde est conueniens, ut Aristoteles scribit. Li. 1. de coelo & mundo.

Quæstio 84.

Cur sub alis plærumq; odor malus depræhenditur?

Solutio.

Quia malus odor locis huiuſmodi contrahi maximè ſolet, dum putredo quiete interioris qualitatis, id eſt humectæ materiæ, ad corruptionem paratæ ibi conſiſtit. Etiam ſi partes illæ ſint raræ ſatis, quod pilorum
Li. 5. Aph. *indicat multitudo, ut Hippocrates docet. Cæterum quia immobiles inexercitatæq; ſunt, ſuperfluitatum multarum ibi cõceptaculum fit, quæ crudæ incoctæq; odorem producant malum. Legimus porro apud Auicennam, quoſdam exiſtimantes tetrum alarum fœtorem ex quibuſdam ſeminum reliquijs, quibus gignimur, produci, quæ locis ijs inſederint cutẽ ſubeuntes. Verum peritioribus ratio hæc parum uidetur efficax, cum ſeminis proprium ſit conuerti in melius.*

Quæstio 85.

Cur fœtent pedes, qui perpeti agitantur motu?

Solutio.

Quia obſepti obuallatiq; amplius ſunt operimentis, ut quod ſuperfluit, euaneſcere queat minus. Deniq; terreſtris humecti grandior copia illuc demanat, quod eſſe corruptioni maxime obuium liquet.

Quæstio 86.

Quamobrem ex quatuor humoribus, ſanguine ui

deli-

delicet, phlegmate, cholera & atra bile, sanguis præstantior dicitur humor?

Solutio.

Trifariam hoc contingit. Primo, quia est materia spirituum in quibus uita consistit, & omnis operatio uegetatiua uitalis & animalis. Secundo, quia conformis est principijs uitæ: est enim calidus & humidus temperatè. Tertio, quia plus nutrit & restaurat deperditum cæteris humoribus.

Quæstio 87.

Cur phlegma in bonitate sanguinem assequitur?

Solutio.

Quia aptum est, ut tempore necessitatis fiat sanguis, propter quod proprium non habet receptaculum, sed cum sanguine incedit. Vel quia uicinius est humido radicali, quod est uelut basis uitæ.

Quæstio 88.

Cur cholera phlegma sequitur, quæ humor amarus est, & à sanguine in sapore diuersus?

Solutio.

Quia participat cum naturali calore, quamdiu mensuram seruat, & sanguinem quoq; fluxibilem reddit.

Quæstio 89.

Cur atram bilem humorem dicimus cæteris deteriorem?

Solutio.

Quia ſanguinis tantum fex eſt, & ſordities, elongata à principijs uitæ inimica lætitiæ & libertati, cognata ſenio, & morti. Nam frigida eſt & ſicca.

Quæſtio 90.

Pinguedinem frigidam, omnes qui rerum cauſas oſtendunt eſſe dicunt. Cur ergo ſanguineos pingues plerumq; aſſerunt, qui calidi ſunt & humidi?

Solutio.

Hic ſanguinei pinguedo non intelligēda eſt ea quæ frigiditati complexionis conſentit, ut Auicenna ſcribit. Nam ſanguineus pinguis eſt pinguedine extenſa ad multam carnoſitatē, quæ, eodem ſcribēte, calida eſt & humida. Iſtis Galenus fidem addit, dicens: Multitudo carnis à multitudine ſanguinis generatur. Et Auicenna loco præallegato, ubi inquit: Omne corpus carnoſum ſine multitudine pinguedinis eſt ſanguineum.

Galen. 2. complex. cap. 4.

Quæſtio 91.

Quare cholerici ſunt multum uoraces?

Solutio.

Quia in ipſis fortior eſt calor digerēs, & maior reſolutio quàm in alijs corporibus.

Queſtio 92.

Cur Cholericus ad iram eſt promptus?

Solutio.

A calore hoc fit. Nam principis ſuffragio frequēs ira

Auic. secūd. prim. doct. 3. capit. 3.

ira ob leuem causam calorem redarguit: propter faci litatem commotionis choleræ & ebulitionis eiusdem circa cor.

Quæstio 93.

Cur phlegmatici obtusi plerumq; sunt ingenij?

Solutio.

Quia sicut uiuacitas intellectus, & perspicuitas ingenij propter naturalem proueniunt caliditatem: ita horum tarditas & durities propter contrarium, hoc est, frigiditatem.

Quæstio 94.

Cur Melancholici parum dormiunt?

Solutio.

Id nimia cerebri siccitas facit, & fumi Melancholici commouentes somnia ualde horribilia, quibus frequenter à somno excitantur.

Quæstio 95.

Quare Galenus pueris uenas ante annũ decimum quartum non incidendas scribit? Li. 11. de ingen. sanct.

Solutio.

Quia corpora puerorum sunt facilè resolubilia, calore extraneo. Et quia duplici opus habẽt nutrimento ut pascuntur quippe & augeri queant: sic item senes abstineant idem Galenus dicit, qui boni sanguinis Lib. 9. Me modicum habẽt, quem per detractionem amitterent, ge. malo cuius abundant relicto.

Quæstio 96.

Cur sanguinis detractio multis displicet, quæ ieiuno stomacho celebratur, cum ante ea sorbendū iubent ouum molle cum haustu meratioris uini?

Solutio.

Quia stomacho uacuo naturam scirent fortius detinere sanguinem, ne deficiat in nutrimento: & facilius dimittere, si stomachus quid in se habeat, unde opportune nutrimentum accipiat.

Quæstio 97.

Cur omnes, qui frigidæ sunt complexionis à Phlebothomia debent abstinere?

Solutio.

Causam Galenus ostendit in Megategni, dicens, eam emplius infrigidare, ubi tale adderetur tali, & frigus cresceret. Sed quare Phlebothomia infrgidet, Isac Isac. *in libro Vrinarum docet, dum sanguinem ait fundamentum esse caloris naturalis, id est, illud in quo calor naturalus conseruatur: & quia Phlebothomia sanguinem euacuat, calorem naturalem idem euacuat, et per consequens infrigidet.*

Quæstio 98.

Cur Phlebothomatus diligenter à lacte, medicis asserentibus, debet abstinere?

Solutio.

Quia ex commotione humorum per Phlebotho-

miam

miam sæpe fluunt humores aliqui ad stomachum. Si ergo lac sumatur, ex commixtione illorum humorum & lactis, quando ex se ualde corruptibile est lac statim corruptio oboritur, seu in grummos cōdensatur.

Questio 99.

Cur adolescente luna phlebothomandum censent medici, & deficiente uentosandum?

Solutio.

Quia uenæ incisio expellit, eiusq; expulsione facilè includitur frenum, sed uentosa attrahit. Vbi ebullientibus expansisq; humoribus ad extrema corporis, per initia mensis humoribus plus forte quàm oporteat attractæ materiæ educentur. Nisi quis dicat opera artis semper esse feliciora, quæ cum naturæ progressione concordent.

Questio 100.

Cur uulgatim dicunt, quibus astrorum est cognitio quòd plantationi commodum sit tempus lunæ adolescentis, decrescentis uerò cædendæ materiæ?

Solutio.

Tempus adolenscentis lunæ semina largiore facit humore cibata esse. Vnde uelocius quoq; adolescant. Decrescentis cædendæ materiæ idoneum est: quoniam tunc omnis materia siccior atq; attenuatior est: quare non tam facilè manet, carieq; conficitur.

PHYSICARVM QVAEstionum Centuria Secunda.

Quæstio I.

Li. 2. Aph. 11.



Vr Hippocrates dixit, facilius esse potu repleri, quàm cibo?

Solutio.

Quoniam potus facilius delabitur ac resoluitur, nec ita indigestibili onere stomachum grauat, ut cibus. Ventilat *&* hanc *quæstionem Auicenna tertia primi doct. 2. cap. 7. quod est de eo quod commeditur & bibitur.*

Et *secunda quar. doct. 2. c. de reg. sconuale.*

Quęstio 2.

Tertia *primi doct. 2. cap. 8.*

Cur *Auicenna uinum pueris dãdum uetuit, ac non aliter esse si porrexerimus, quàm si ignem igni aggerere studeamus, materia presertim debili succensa?*

Solutio.

Ratio *est: quia pueros insigniter uini haustu oblædi nouimus, quòd laxis rarisq́; sint corporibus.* Et *de insiti caloris exuperantia inflammari habiles, neruis imbecillibus.* Nec *sint cerebro admodum ualido, ut uinum rite concoquere queant.*

Quæstio 3.

Cur idem Auicenna præallegato loco senioribus uinum, quantum pati ualeant, offerendum censet?

Solutio.

Quoniam in istis per aduentitium calorem recalescit frigus, spiritus exhilarantur, tristitia bilisq; atræ reprimitur uis redundans, somni reconciliantur & appetentia, præfarcti recluduntur meatus, receditq; uniuersa ætatis laßitudo. In eandem sententiam scribit Galenus in sanitatis moderamine: quãdo dicit, ut uinum pueris inimicißimum, ita senibus accommodum maximè. Li.12.de In gen. anit.

Quæstio 4.

Cur minus inebriamur musto quàm uino?

Solutio.

Mustum natura scimus esse uiscidum, & meatus quos Græci poros uocant, obfarcire, præstipareq;, ut fumositates minus ascendant, & caput lædere queant maximè constat. Atq; hinc est, quòd quidam medicorum dulcedinem, seu mustum ebrietatis antidotum uocant. Et si uiderint aliquem nimio plus uinolentia grauatum, uel usq; ad Plutonis cancellos ebrium, uomitu hunc primo alleuiari iubent: hinc aduersus euaporantis fumi ex uini reliquijs uim, panem uel melle uel musto illitum uorari, uelut repercussu malo crassanti medeatur dulcedo.

Quæstio 5.

Cur ueteres non in cœnæ prohemio lactucis, ad conciliandam appetentiam sunt usi, quemadmodum nostris fit temporibus, sed ad mensæ finem?

Solutio.

Aegin. li. 1. cap. 74. Diosc. li. 2. cap. 125. Martialis in Xenijs.

Quoniam insita frigiditate, & humecta ui, soporem conciliat, Aegineta teste, & temulentiam retundit. Propter quod Dioscorides lactucam inter acrepala nominat, quæ ebrietatem prohibent, sicuti adipsa quæ situm faciunt. Quòd ueteres lactucis ad finem mensæ sint usi, M. Vallerius Martialis hoc disticho ex Xenijs ostendit:

Claudere quæ cœnas lactuca solebat auorum,
Dic mihi cur nostras inchoat illa dapes?

Quæstio 6.

Auic. 2. primi doct. 2. cap. 7.

Cur Auicenna statim à cibo uinum insigne nocumentum dixerit.

Solutio.

Quia penetrandi celeritatem redarguit, ex qua simul imperfectum præcipitat cibum, qui retentus præfarcit meatus, ut putredinis inoriatur discrimen, quæ febrium causa est. Auicennæ hallucinatur & Galenus.

Li. 7. de In gen. sanit. cap. 5.

Quæstio 7.

Gal. 2. inte capit. 9. Hali.

Cur in ebrietate somno non est locus?

Solutio.

Hali primo Practices in ebrijs æque fieri docet,

quod

quod in lucernis contingit: in quas si præter modum infuderis oleum, restinguitur mox lumen. Ita in ebrijs ob uini redundantiam humidus calor quem instrumentum eße somnum creandi perfectißimum scimus, quoq; retunditur, ut uapores ad cerebrum transmittere nequeat.

Quæstio 8.

Cur maior uoluptas est, cum sitis potu extinguitur quàm cum fames sedatur cibo?

Solutio.

Quia potionis totius haustus in omne corpus simul penetrat, & omnium partium sensus facit unam maximam & sensibilem uoluptatem, cum cibus exiguo subministratu paulatim penuriam consulatur.

Quæstio 9.

Cur uinum rarius congelascit?

Solutio.

Quòd semina quædam in se habeat caloris, quodq́; natura sit ignitius. Calorem in se habere id argumento est, quòd potum corpora calefacit, sicut Galenus id quoq; docet 3. Complex cap. 2. Et 2. regim. acut. com. 23. & 25.

Quæstio 10.

Oleum quod item calorificũ est, nec minorem uim calefaciendi corpora habet, cur statim frigore concrescit?

Solu-

Solutio.

Leuitas in causa est. Nam omnia quæ leuiora uidentur, faciliora ad coeundum habentur.

Quæstio 11.

Cur famelici plerumq; sitiunt?

Solutio.

In Sympos. lib. 6. *Ex Plutarchi uerbis ratio comparet, quãdo inquit: Corpus humanum ex elementorum qualitatibus quatuor compactum est, miraq; ratione artificis, sic concinnatum, ut una harum sit quæ sola iuge sibi petat alimentum, calor quippe uel ignis: qui uelut inexplebile animal omnes horas hinc inde fomitem perquirat, hoc est humectationem, sine qua nec in momẽtum durare potest.*

Quæstio 12.

Cur cibus deterior, quandoq; melior est?

Solutio.

Aph. lib. 2. com. 38. & lib. 2. reg. acut. *Galenus pulchre nodum soluit, quando dicit, uoluntatem in cibo considerandam esse. Siquidem omnis cibus (inquit) sapidus, quo quis delectatur à stomacho excipitur, retinetur, & cum delectatione digeritur, magisq; in substantiam ob bonam applicationem quæ malitiam corrigit conuertitur aliti, quàm cibus melior, sed insuauior, quem stomachus refugit, nauseat, uomitum, inflationem & rugitum inducendo. Licet hisce omnibus Hippocrates & Galenus consen-*

tiant

tiant: intelligendum tamen est, eos parum deteriorem dixisse, non qui excessu peccare queat, & cacochimiam inducere.

Quæstio 13.

Cur semen genitale ebriosorum magna ex parte infœcundum est?

Solutio.

Quemadmodum præhumidos uteros habentes fœminæ non concipiunt, Hippocratis testimonio: sic & uiri continua ebrietate humectati genitale semen minimè prolificum emittunt. Eorum enim lapsus ad humiditatem peruenit, quæ, Principe dicente, frigiditatem sibi associat: semine igitur sic facto (quoniam orta attestantur principio) paraliticatur contentiua matricis, ita ut nequeat debitè sperma continere. Cum hoc quòd inde magna oritur suffocatio calidi genuini spermatis, quod non fluidum: sed quia crassum & glutinosum spirituum debet esse conseruatiuum. Vnde Hippocrates prolis cupidum non ebriosum uel temulentum esse debere pronunciat. Auicen. consentit dicens: Sperma ebrij decrepiti, infantis, & multi coitus infœcundum est.

Li. 5. Aph. 64.

Prima primi doct. 3. cap. 1.

Lib. de Mulier. morb.

Secunda tertij tract. 1. cap. 13.

Quæstio 14.

Cur ebrij semen quandoq; prolificum est?

Solutio.

Quoniam cito inebriari quandoq; contingit de-

bilis cerebri existentem. Cuius sperma propter ho. non uidetur in tantum humiditate laxari, quòd generationi reddatur inæptum. Vel quòd contingit sæpius Cholerici alicuius sperma esse calidum & siccum: ita exinanitum, ut spiritus ex ipso resoluantur: quod quidem ex humiditate & frigiditate consequente, quæ ex ebrietate contingit, ad aliquod temperamentum accedit, ex quo redditur gignitiuum.

Quæstio 15.

Macrob. Satur. lib. 2.7. cap. 1

Cur mel in imo melius est, & oleum quod supernatat, at uinum quod medium occupat?

Solutio.

Mel quia crassum, ac terrestrem naturam prorsus sapit, melius in imo est, oleum item quod supernatat qui aereum. Itẽ uinum optimum habetur, quod in uasis medio est. Etenim in proprietatis utriusq; participatum transmeat, cum id quod pessum it, feculenta impuritate permixtum, sapore deterius credatur, & in summo residens ob aeris conuiciniam dilutius.

Quæstio 16.

Cur lac uinum turbidum clarum reddit?

Solutio.

Quia lac infusum omne quod turbidum est, secum trahit ad imum.

Quæstio 17.

Saluia omnium medicorum calculo, herbarum dicitur

citur saluberrima. Cur ergo uinum ab ea, si copiose hauriatur damno esse creditur?

Solutio.

Quia haustum copiose nutrimentum non satis digestum, ex stomacho in hepar deriuat. Vnde quædam istius membri nascitur opilatio, quam metropolim putrefactionis dicimus, & deinde febrium.

Quæstio 18.

Cur Auicenna dixit panis impedimentũ, ubi non percoquat uenter, maximum censeri, carnis uerò non item?

Solutio.

Differtionem omnem esse incommodam apertissime nouimus. Verum quæ ex pane est pessimam, dum in stomacho residet diutius onere in primis molesto. Nam si non coctus fuerit satis, ad hepar meseraicasq; labitur, ut constrictio fiat, quæ non adeò ob carnis emergit præfarctionem, quia caro maiorem cum corpore humano similitudinem habet.

Quæstio 19.

Cur ius ex bouina carne succosius est quàm ex uitulina?

Solutio.

Quoniã in bouina carne pingue densius est quàm in uitulina: ideoqúe exhalat minime ob ignem, aquamq; pinguem reddit.

Quæstio 20.

Cur butyrum prohibet aquam ebullire?

Solutio.

Quia densum cum sit, aereum, ac pingue, trahit ad se uapores, qui feruere aquam faciunt.

Quæstio 21.

Cur nux ad coctionem multum ualet?

Solutio.

Pullos aut carnem uelocius coqui facit nux: quia uirtutem habet acrem, & calorem penetrare facit.

Quæstio 22.

Cor simiæ quare comestum hominis confortat cor?

Solutio.

Rases. *Quia simile egregie iuuatur à similibus. Hoc uerum esse uidemus in gallinarum uentriculis, qui ante cibum assumpti, dummodo coquãtur (sunt enim difficiles) mirum in modum confirmant uentriculum. Nam tale efficitur quod alitur, quale id est quod alit.*

Quæstio 23.

Cur quidam aerem ad uitam conseruandam magis necessarium dicunt, quàm uel cibum uel potum?

Solutio.

Soluit problema Constantinus Affricanus dicens, uitam constare in calore naturali uitæ principio: quoniam calorem nisi aer per anhelitus attractionem tẽperet, uitam deficere docet. Id etiamnum argumento esse,

esse, si quis ex carcere in quo diutius detentus fuerat liberatus sit, primò pro aeris attractione laboret, & denuò pro cibo.

Questio 24.

An plus uitæ humanæ öbsit malus aer, an malus cibus?

Solutio.

Malus aer maioris est nocumenti, dum cor lædit, quod est fons caloris naturalis, & spirituum uitalium minera.

Questio 25.

Cur cibum somno pro corporis sustentatione præponimus?

Solutio.

Quia cibus id quod deperditum est, restaurat, & remouet actionem caloris naturalis, ab humido substantiali, ad cuius consumptionem mors sequitur: quod somnus nequaquam potest.

Questio 26.

An aer plus cedat in nutrimentum spirituum quã cibus.

Solutio.

Respondendum est, quòd primo aliquid dici potest nutrimentum, quod assimulatur rei nutritæ, & in ipsam conuertitur: & hoc modo subtilissima pars cibi est nutrimentum spirituum, quia consortat eos &

temperat: & hoc dicimus temperamentum rei, quod rem custodit & nutrit. Vnde proportionem habet cũ nutrimento: & hoc modo aer spiritus nutrit, quia recreat eos, & in temperamento suo custodit.

Quęstio 27.

An ex malo cibo possit generari bonus chymus.

Solutio.

Nodum aperit Hali super tegin, dicẽs: quòd ex malo cibo possit generari bonus sanguis, & econuerso. Nam bonus cibus, inquit, potest quandoque malè digeri & fieri malus chymus: & malus cibus potest bene digeri, & conuerti in bonum humorem.

Quęstio 28.

Qui fit, ut qui iustam comedendi horam transit, amplius non famescat?

Solutio.

Quia stomachus nimium ieiunus malos singulis membris attrahit humores: ex quibus sese reficiant. Hinc Rhases suadet, ut in hoc casu bibatur haustus aquæ calidæ uel ptisanæ, ac si commode fieri possit, eliciatur uomitus.

Quæstio 29.

Cur phlegmaticus diutius famẽ patitur quàm cholericus?

Solutio.

Ratio est, ut Hippocrates ait, quòd in stomacho

cholerico

cholerico calor fortius operatur, quã phlegmatico, qui non tantum consumit. Vnde nec tantum appetit: uel quia phlegma sanguinis uices gerit, si defectus sit qui famem sopire in necessitate ualet.

Questio 30.

Quare habentes poros strictos magis sunt famis patientes, quàm habentes raros?

Solutio.

Quia per rariores à corpore dissolutio promptior contingit, quàm per compactiores seu strictiores.

Questio 31.

Cur uirtus Stomachi fortis plus tolerat ieiunium quàm debilis?

Solutio.

Quia uirtus stomachi fortis maiorem appetit cibum, sed facilius ieiunium suffert: debilis autem econuerso minus appetit, & minus suffert.

Quæstio 32.

Qui fit, ut qui esuriens bibit famem reprimit: sed qui sitiens commedit, sitim non subleuat?

Solutio.

Quia potui nihil obstat, quin sumptus statim ad omnes corporis partes trasmeet ut uenas repleat: cibi autẽ natura est, quia crassior ut in uenas non nisi paulatim nutriendum corpus ueniat, neq; sitim quam inuenit reprimit, imò auget.

Quæstio 33.

Quare maior est delectatio, cum sitis potu extinguitur, quàm cum fames cibo releuatur?

Solutio.

Quia potus utpote magis penetratiuus, stomachum & corpus simul penetrat, & omnium partium maximam & sensibilem delectationem inducit. Sed cibus paulatim indigentiam soluit: propter quod delectatio quoq; minor est.

Quæstio 34.

Cur sitis proueniens ex parte pulmonis, sedatur per attractionem aeris frigidi & humidi: sed quæ à stomacho fit, per potum?

Solutio.

Dicẽdum est, quòd duplex est uia in homine: una aeris & dirigitur ad pulmonem: alia cibus & potus, & dirigitur ad stomachum. & ideo sitis proueniens ex parte pulmonis, sedatur per attractionem aeris frigidi & humidi: quæ autem ex parte stomachi, per potum.

Quæstio 35.

Cur Auicenna dulcia, ut lac est, in stomacho acescere scribit?

Solutio.

Non perpetuæ ueritatis hæc est assertio: sed tunc saltem acescunt, quando stomachus in ea operatur ac dige=

ac digerere tentat, quæ non perfectè poteſt.

Quæſtio 36.

Cur dicunt cibum conualeſcentibus non ſtatim craßioris offerendum ſubſtantiæ?

Solutio.

Quia, Hyppocrate autore, in iſtis calor eſt debilis, qui ſolidæ aut craßioris ſubſtantiæ cibum digerere non poteſt.

Queſtio 37.

An plus noceat permutatio inanitionis ad repletionem, quàm ſubita permutatio repletionis ad inanitionem?

Solutio.

Auicenna & Hippocrate aſſerentibus, permutatio ſubita ab inanitione ad repletionem eſt magis nociua, quàm permutatio de repletione ad inanitionem: quoniam ex inanitione præcedente repletionem uirtus iacet debilitata, calore naturali & ſpiritibus reſolutis. Sed omnia quæ per repletionem accidunt, per inanitionem euacuantur. Hipp. lib. 2 aph. 22.

Queſtio 38.

Cur febricitantes quandoq; lactis uſu liberãtur à morbo, cum Hippocrates lac febricitantibus malum dixerit? Aph. lib. 5. aph. 66.

Solutio.

Quia fortem appetitum quandoq; cibi ingeſti ma

litiam ita corrigere constat, ut nullo modo obesse queat. nihil tamen obstat, quòd res se ex opposito persæpe habeat, ut febricitans lactis esci in deterius euadat.

Questio 39.

Cur saliti panes non salitis sunt leuiores?

Solutio.

Quia sal humiditates, quæ pondus habent, exsiccat.

Questio 40.

An panis factus ex granis nouis melior sit, quàm factus ex antiquis?

Solutio.

Panis ex antiquis granis factus pluris habetur: quã grana recenter collecta uiscositati & humiditati multum participant, & panem illaudabiliorem propterea faciunt.

Questio 41.

Auic. quar. prim. ca. 11.

An expediat, ut Auicenna docet, semel in mense inebriari?

Solutio.

Commentator super Cantica dissonat Auicennæ, quando totiens inebriari hoc argumento dissuadet: Tametsi, inquit, Galenum constat uinum dixisse, unũ esse ex magis conferentibus calori naturali: & hoc quoq; esse ferme in eo gradu, in quo est oleum ad lumen &

men & ignem: tamen sicut multum & superfluum oleum extinguit lumen, sic & multum uinum calorem naturalem. Et ideo si ipsum uinum sit limphatũ, est ex magis conuenientibus calori naturali, sed ex magis nocentibus calori animali & sensibili, & organis eius, cerebro, & neruis. Et propter hoc inquit, Galenum adducens: aqua multis est utilior, uidelicet, qui debiles habent neruos. Ex quibus facile intelligitur, totiens inebriari non laudandum.

Questio 42.

Quare uinum limphatum citius inebriat quàm merum? Auic. secunda pri. doc. 2. cap. 8.

Solutio.

Quia limphatum propter aquam subtiliatur: & sic plura ingreditur loca & angustiora. Gal. 2. reg. Comm. 35.

Questio 43.

Quare pueri calidi existentes uinum non amant, ut senes, & uiri fortes, item calidi existentes? Aristo. sec. 3. proble. 8.

Solutio.

Quia uiri sunt calidi & sicci, pueri uerò calidi & humidi. Vini autem potus, est desiderium humidi: humiditas uerò, propria existens pueris à potu prohibet, & siccitas, inexistens senibus & uiris fortibus ad potum prouocat. Gale. lib. 5. de reg. san.

Quæstio 44.

Quare uinum gulosè ingestum morbos generare

potest tam calidos quàm frigidos?

Solutio.

Gal. lib. 3. cōplex. ca. 2. & 5.

Solutionem colligimus ex Galeno & Cōstantino, scribunt enim, tametsi uinum in sua potentia calidum sit, morbos tamen progignere poßit frigidos, si gulose ingestum cerebrum repleat & neruos. Quod contingere solet, cum à uino euaporant algentes fumi, ex quibus remollitio fiat, repletio & tandem indigestio quæ frigidos morbos parit. Quare calidos item dare poßit morbos, ex propria sua natura fieri scribunt, quæ calida sit: per quam si nimium fuerit, nimium calefaciat & incendium fiat.

Questio 45.

Gale. in introduct. pulsuum, Com. 18.

Cur uinum magis confortat calorem naturalem, quàm cibus?

Solutio.

Isac.

Isac inquit: quia facilius & uelocius conuertetur in calorem naturalem, ipsum confortando, quàm cibus. Sed cibus iam conuersus plus restauret deperditū, & diutius cōfortet, & conseruet, Galenus scribit.

Li. 3. alim. cap. 39.

Questio 46.

Cur facilius digeruntur carnes fortes, quàm quæ non sunt fortes?

Solutio.

Quoniam in homine calor est fortis, qui resistentem materiam fortiter inuadit ac consumit: leuem uerò ac

rò ac tenellã perdit, & citius in cinerem quàm ſuccũ conuertit: ſicut fortia ligna in carbonum fruſta uertuntur, paleæ autem, ſi in ignem inciderint, uix ex eis reſtat cinerem uidere.

Queſtio 47.

An carnes aſſæ, uel elixæ ſint humidiores?

Solutio.

Problema Philoſophus aperit, dicens aſſas humidiores. in aßis enim per calorem ignis partes exteriores cruſtantur inquit, & pori per conſequens clauduntur, ut interior humor non ualeat exſudare: in elixis uerò pori exteriores per calidum & humidum reſudet. Et ideo carnes aſſæ uideantur ſicciores, interius uero humidiores, & elixæ econuerſo. li. 4. meth.

Queſtio 48.

Cur ficuum commeſtio generat pediculos? Auic. can. 2. fen. 1. ca. 233.

Solutio.

Quia ficus cito putreſcunt, & corruptibiles ſunt, proprietatemq; habent educendi humores corruptos ad ſuperficiem cutis, unde pediculi naſcuntur.

Queſtio 49.

Cur uinolentis res una plures interdum eſſe uidentur?

Solutio.

Propter motum uiſus ebriorum hoc fieri dicunt. haberi enim tempus, in quo uiſus eorum quieſcat non

Sect. 3. proble. 10. fit liberum, sic Aristoteles: sed Aphrodiseus aliter soluit, dicens: quia humectationis exuperantia, mollicu-
Alex. 123. li oculorum effecti musculi oculos diuertant ac distrahant. unde altero in superna contruso, in imum altero deiecto, non in eundem scopum radios collimare possint: sed in diuersa loca. atque ita alteruter oculorum priuato cernendi utens officio, duplicem efficiat uisum. Quod usu itē euenit, si alterum digito suppellas oculum reliquum detrahas. Vnde uerißimè Auerrois inquit: Instrumentum uisus non exercet actum suum, nisi habuerit complexionem suam non ab aliquo impeditam.

Questio 50.

Qui fit, quod uentres eorum, qui buccis apertis uinum, ceu iris aquam, attrahunt, sicciores efficiuntur, cum potius humidiores effici deberent?

Solutio.

Auic. prima princi. Quia humorem multum, ac uniuersum ingurgitatum, uenter superare non poteſt, sed locum adire suū, indomitum patitur, & secum alios humores, & po-
Decima nona tertij ca. de Mult. urinæ Hipp. lib. 4. aph. 85. tißimum cholericum, qui egerendis superfluitatibus est stimulatiuus, principe scribente, trahat: propter quod fecalis, quæ humida deberet esse superfluitas, squibulata inarescit: locus autē crudi humoris est uesica, quæ humorem exiguum uincit, & concoquit: ex quo moram hic diutius trahens, uentrem humectat.

Auicenna

Auicenna & Hipp. in easdem rationes scribunt.

Quęstio 31.

Quamobrem, qui ante extenuatus merum inde multum hauserit, morte occumbit, quum uinum calidum suapte natura sit, & ut uita calore contineri apparet, sic mors refrigeratione?

Solutio.

Quia uini puri calor, si exuperat nimium, prius macrum, amplius extenuat, & uelut cicuta insita frigoris potentia, calorem naturalem, qui uitæ conseruaculum est, Philosopho teste, conuellit ac interimit: sic meri exuperantia eundem, insita caliditate, labefactat ac supprimit: quo suppresso, mors sequitur. In lib. de Vita & Morte, & 3. cōplex. cap. 2

Quęstio 52.

Cur non demacrati, unico tamen ictu, uel quadrantas bibentes extenuantur?

Solutio.

Ad uerificationem quæstionis, uinum eorum debet esse impermixtū, potens, subtile & uetulū, quale Galenus scribit: quoniam tale multum est diaforeticum, ut idem docet, cum hoc, quod in stomacho, hepate, & uenis non digeritur, ac per consequens minime nutrit, sed magis extenuat eodem autore. Rases hanc solutionem paucis approbare uidetur, his uerbis: uolentes inquit, demacrari, uinum bibant uetus, impermixtum. lib. 2. interio. lib. 3. complex. ca. 2. Ad Alm. li. 5. cap. 61.

Quæstio

Questio 53.

Quare in sanitatis foro bonum est inter comedendum etiam potare?

Solutio.

Quia potus cibum temperat, atq; digestioni habiliorem facit. Nisi enim olla carnibus repleta liquido quoq; irrigatur, continens facile cum contento perit. Hic stomachus ut olla se habet, coquendi parata.

Questio 54.

Quare bibere uinum ieiuno stomacho periculosum est.

Solutio

Quia, si principi credendum, hæc sobria potatio, cerebrum lædit, à stomacho euaporando, & epilepsiam, paralisim ac apoplexiam quandoq; inducit.

Quæstio 56.

Quare aquam subinde bibere frigidam, illaudabile habetur?

Solutio.

Quia unum contrariorum expellit & impedit reliquum, Aristotele dicente. quia ergo aqua est intensè frigida, stomachi uigorem deijcit, ut digestiuam impediat.

Questio 57.

Propter quid uinum quum sit calidum, uinolenti non calent, sed frigent potius?

Solutio.

Solutio.

Quia multum humoris cum refrigeratum est, multum frigoris concipit, ita, ut calorem superet naturalem, secundum hoc Auicennæ dictum: Humiditas maior quàm debet, si ualde superflua fuerit, reddit corpus frigidius quàm oportet, uia suffocationis, uel extinctionis intelligendo. Vnde bibere uolens, Galeno monitore, quantitatem perpendat uini, qualitatem, substantiam, uirtutem, odorem, saporem, tempus & ætatem: his enim modis omnibus uinum diuersificatum, diuersos & mirabiles reddit effectus. quod etiam Rases indicat, sic scribens: Vinum multis modis diuersificari & mutari inuenitur secundum sui substantiam & tempus, quamuis ex parte recipientis, suos etiam mutet effectus. Quare sicut Isac scribit, antiquitus aßimilauerunt uinum tyriacæ magnæ quòd calefaciat corpora frigida & calida infrigidet, humida siccet, & sicca humectet.

Prima pri. doct. 3. ca. 1

Li. 3. regi. acut.

Ad Alm. li. 5. cap. 5.

Isac in dict. partic.

Quęstio 58.

Cur dolore laterum inebriati excipiuntur?

Solutio.

Ex Auicenna solutio habetur, quando inquit: pleuresim generat potus uini puri mouētis humores quos ebullire facit.

Quęstio 59.

An corpus hominis plus sibi necessarium ducat somnum,

ſomnum, quàm cibum?

Solutio.

Plus cibũ neceſſarium ducimus quàm ſomnũ: quoniam non reſtaurat deperditum ſomnus, nec remouet actionem caloris naturalis ab humido ſubſtãtiali, ad cuius conſumptionem aduenit mors, ſicut facere conſueuit cibus.

Quæſtio 60.

Cur Dioſcorides *ieiunis pira dixit notiua?*

Solutio

Iſac in Dietis *ſic problema ſoluit, dicens: ſi pira quis ieiunus comedat citra neceßitatem, hoc eſt, citra appetitum, & maxime pontica, quòd choliricam ingenerẽt paßionem, ferme incurabilem, ſaturis diuerſum contingat: quoniam expulſiuam ad egerendũ incitẽt.*

Quęſtio 61.

Cur ebrietatem ex ceruiſia deteriorem eſſe conſtat, quàm quæ ex uino emergit?

Solutio.

Quia magis ea durat ebrietas, dum fumi ſeu uapores à ceruiſia eleuati ad caput craßiores ſunt, & minus reſolubiles, quàm qui à uino eleuantur.

Quæſtio 62.

Lb.1. aph. 15. *Cur tempore ueris cibum modicum deguſtandum eſſe, dixit* Catalanus, *cum* Hippocraees *ueris tempore & hyemis uentres calidißimos natura eſſe doceat, &*

ſomnos

somnos longissimos, qui ciborum oblationes plures desiderent?

Solutio.

Catalanus ueris medium intelligit, quando hyemis iniuria crudi & phlegmatici humores in stomacho sunt collecti: quibus si ciborum magna adderetur quantitas, stomachum grauaret, ac in eo indigesta maneret. Et denuo isti eliquati in membra fluerent morbos causantes: Hippocrates autem ueris initium intelligit quando homo cibandus, ut in hyeme.

Questio 63.

Cur nimia sacietas cibi nocet in æstate?

Solutio.

Quia tunc temporis digestiua uirtus est debilis, cum spiritus & calor instrumenta uirtutum, multum sunt debiles, sparsi & resoluti, propter calorem extrinsecum uehementem.

Quæstio 64.

Quare medicorum collegium, tempore autumni à fructibus abstinendum monet?

Solutio.

Quia autumni tempore corpora plerumq; sunt cacochymica, seu malis humoribus repleta, quæ per fructuum commestionem, qui sanguinem generant ad putrefactionem paratum repletiora efficiuntur: unde item morbos suscipiendum habiliora redduntur.

Quæstio

Quęstio 65.

Lib.1.aph. Comm. 15. *Cur Galenus in hyeme multum cibum paulatim offerendum suadet?*

Solutio.

Quia calor naturalis tunc est fortißimus, dum unitus est, & per antiperistasim, iuxta positionem sui cōtrarij fortificatus. Hoc autem contrarium frigus est aeris nos circumstantis. Galeno adstipulatur Hippocrates, quando uentres scribit hyeme calidiores, & pluri alimento egere.

Quæstio 66.

Quare medicorum est consilium, quòd comedens debet cessare, appetitu cessante?

Solutio.

Quia sicut ligna uiridia copiose igni adposita ignem suffocant, sic cibaria suffocant calorem naturalem, si præter modum ingerantur.

Quæstio 67.

Quare diuersis temporibus diuersa appetuntur cibaria, uelut in hyeme carnes appetimus bubulas, uaccinas & porcinas: in æstate uerò subtiliores, uitulinas quippe, & anguinas?

Solutio.

Quoniam complexio hominis uariatur secūdum In lib. prim. *tempus anni, Alberto teste: uel quia hoc est propter qualitatem ipsorum temporum, dum frigus hyemis*

meliorem

meliorem faciat digestionem, quando uentres habemus calidiores ob aeris, nos ambientis, frigiditatem.

Quæstio 68.

Cur usus inualuit uulgaris, ut post omnia fercula caseus mensæ adponatur?

Solutio.

Quia caseum stomachi sigillum suæ terrestreitatis ratione arbitrantur, qui cibum ad stomachi fundum, ubi digestio potißimum floret, deprimat, maxime si recēs sit, non multū salitus & quātitatis perexiguæ.

Quæstio 69.

Cur semper ferme post esum piscium nuces appetimus?

Solutio.

Quia pisces cibus sunt præhumidus, facile putrescibilis, & uenenosus quandoq;: ubi nuces propter siccitatem suam, & ocultam quoq; proprietatem contra uenena, piscium humiditati, & uenenositati mederi existimantur.

Quæstio 70.

Quamobrem insalubre habetur, uarijs cibari ferculis, longa accedente mora in mensa?

Solutio.

Quia antequam ultimum adpositum est edulium primum semidigestum deprehenditur. Vnde partes digerendo non æquantur, & cibus semicoctus cum

Auic.tert. pri.doct.2. cap.7. incocto in stomacho ualde corrumpitur, morbos in-generans. Propterea Auicenna nihil in corpore dele-rius esse dicit, quàm nutriens ponere super nutriens non digestum.

Quæstio 71.

Quare bonũ est cõpotationes omittere nocturnas?

Solutio.

Quoniam post huiusmodi commessationes uel se-rotinas potationes nullus sequitur motus, qui cibum ad uentriculi compellat fundum, ut digestionem pro-moueat.

Quæstio 72.

Hipp.lib.1. aph.13. Cur iuuenes citius esuriunt quàm senes?

Solutio.

Propter tria usu uenit: Galeno attestante. Primò propter incrementum: secundò propter restauratio-nem deperditi: & tertiò propter conseruationem ui-tæ, uel quia iuuenes sunt calidiores senibus, qui frigi-di sunt, & sicci secundum Aristotelem. In histor. animal.

Quæstio 73.

Quare medici ferme omnes præcipiunt, ut appe-titu incumbente, cibum non differamus?

Solutio.

Aui. secun. pri.doct.2. cap.6. Problema soluit Auicenna, dicens, quòd famẽ tol-lerare stomachum repleat malis humoribus & pu-tridis, quos hinc cibi loco membra ad se attrahant.

Quod

Quod uerum esse, uel id argumento est, quòd cũ quis famem nimium suffert, amplius non famescat. Gale. lib. 3. uirtut. nat. cap. 13.

Quæstio 74.

Cur Isac carnem damnat coturnicum, quam plærique nobilium in delicijs habent?

Solutio.

Quia nutrimentum præbeat digestioni inhabile, & Auicenna teste, mala accidentia inducat, sicut tetanus est & spasmus: commedunt enim helleborum. Auic. can. 2

Questio 75.

Cur perdicis carnẽ Galenus admodum laudat, quã uis luxuriosissima habeatur auium. Ga. 3. alim. cap. 18.

Solutio.

Quia multum nutritiua est, cor roborans cum stomacho. Et si frequenter in usu habeatur, memoriam confortet.

Questio 76.

Cur uolatilium carnes plus conuenire communiter dicimus, istis qui relicto exercitio corporali, consilijs, studijs & contemplationibus inhærent, quàm carnes quadrupedum?

Solutio.

Quia ut Galenus dicit, hæ digestibiliores sunt, sanguinem proferẽtes clarum, mundum, spirituosum, & mentis exercitijs, ac eleuationi intellectus ualde proficuum.

Questio 77.

Quare pisces bestiales, sicut porcus marinus et delphinus, anguilla, lampreda, seu monia non conueniunt in sanitatis regimine?

Solutio.

Quia sunt difficilis digestionis, craßi humoris, & multæ superfluitatis: nec in carnibus bonas condictiones habent, uelut caro alba est, non uiscosa, friabilis, non crassa, nec mollis, odorifera & suauis, nec repentinæ putrefactionis.

Questio 78.

Cur haustum sitis ad finem refectionis in hominibus bene dispositis differre debemus?

Solutio.

Triplicē haustum in sanitatis foro celebrādum maxime constat, permixtiuū, delatiuū, & sitis reprimendæ tertium, qui ad finem mensæ differendus est, quando uera sitis propter æstuationem cibi ingesti incūbit

Quæstio 79.

Cur in ore habetur omniū, cœnam potu incipiēdā?

Solutio.

Per potum cibum liquidum, & facile digestibilem Arnoldus Catalanus intelligit, qui crasso & indigestibili debet præcedere. Nam si cibus liquidus concoctioni facile obediens ultimo sumatur, moram ducit in stomacho, exitum liberum non habens, propter cibum

bum crassum præassumptum: unde persæpe æstuationem inducit.

Questio 80.

Quare medici post ouum molle bibere iubent?

Solutio.

Quia ouum molle & recens de istis est, quæ in modica quantitate statim bono nutrimento satiant, præcipue uitellus. Sic ergo uinum, quod naturæ amicum est, facit quòd ouum auidius ad membra trahitur & ad eius penetrationem nutriendum ualde iuuat: uel quia ouum tarde per meri descendit, ubi uinum facilem descensum maturat.

Quæstio 81.

Cur habetur in sanitatis regimine proficuū, si post pira meracißimi uini sumatur haustus?

Solutio.

Quia pira de sua proprietate inflatiua sunt, cholicam facile inducentia paßionem: cui merum, dum uentositates carminat, fortiter resistit.

Quæstio 82.

Cur persicis superbibendum est mustum?

Solutio.

Quoniam mustum est multum calefactiuum, ebullitionem faciens in corpore calefaciendo, quam persica sua frigiditate prohibent. Quare mustum sic se habeat, Galenus apertißime declarat.

Gale. li. de Euch. et Cacohi. ca. 8.

Quæstio 83.

Quare cor cuiusuis animalis tarde digeritur, & difficulter excernitur?

Solutio.

2. Cano. Siquidē cor melancholica caro est, digestioni multum inobediens: propter quod princeps hanc malam carnem nominat, quæ sumentem, Rhasi teste, nutriat.

Ad Alm. lib. 3.

Quæstio 84.

Cur spodium sanguinem ex naribus fluentem sistere fertur?

Solutio.

Habet enim spodium uirtutem singularem confortandi hepar: quo fortificato, (est enim fons & origo sanguinis) sanguis fluere cessat, de spodio & alijs rebus alia mēbra cōfortantibus, sic uulgo dicitur. Gaudet hepar spodio, mace cor, cerebrum quoq; musco pulmo liquiritia, splen capp. stomachus quòd galāga.

Questio 85.

Sal cum omnium condimentorum est optimum cur scabiem parere dicunt medici?

Solutio.

Quia plegma generat, quod salsum uocant, humorem quippe acutum, mordicatiuum & adustum. Propterea Rhases inquit, sal in istis, qui ex eo multā sumpserunt quantitatem, sanguinem adurit, uisum debilitat, sperma minuit, pruritum, scabiem, serpiginem, & impe-

l. 3. ad Al.

& impediginem inducit.

Questio 86.

Vulgare quæsitũ paßim iactatur, cur homo moriatur, qui saluiam crescentem in horto habeat?

Solutio.

Quæsitum Auicenna soluit his uerbis: & ars quidem sanitatis custodiendæ, non est ars, quæ à morte securos nos faciat, neq; corpus ab extrinsecis nocumentis muniat, neq; unumquodq; corpus ad ultimam uitæ longitudinem perducat, quæ est secundum hominem absolute: sed de duabus rebus securitatem præbet, putrefactionis penitus prohibitione, & defensione humiditatis, ne cito dissoluatur. Tertia pri. cap. singul.

Questio 87.

Qui fit, quòd uermes generantur, quando immediate post cibum manus calida lauantur aqua? Auic. deci. sex. tertij trac. 5. ca. 1

Solutio.

Per lotionem enim manuum ex aqua calida post sumptionem cibi trahitur calor naturalis, quo completur digestio in stomacho uel extrà. Vnde imperfecta fit digestio, quæ potißima causa est uermium.

Questio 88.

Qui fit, ut carnem ad diuturnitatem usus salis ad mistio indemnem faciat?

Solutio.

Sal, quia calidus est & siccus, fluxum corporis ca

lore contrahit, ſiccitateq; humorem uel coercet uel exſorbet. Hoc uerum eſſe ſic inuenies, ſi duos panes pari magnitudine feceris, unum ſale aſperſum, ſine ſale alterum. Vbi inuenies, indigentem ſalis pondere propenſiorem, ſcilicet humore in eo per ſalis penuriam permanente.

Queſtio 89.

Cur defecatum uinum ualidius eſt uiribus: ſed infirmius ad permanendum?

Solutio.

Quia quando penetrabilius in uenas fertur bibentis, tanto fit liquidius fece purgata. Ideo autem facile mutatur, quod nullo firmamento nixum, undiq; ſui ad noxam patet. fex enim uino ſuſtinendo & alendo & uiribus ſufficiendis, quaſi radix eius eſt.

Queſtio 90.

Cur fex in imo ſubſidit omnium niſi mellis, mel ſolum eſt, quod in ſummum fecem expuit?

Solutio.

Fecis materia, ut ſpiſſa atq; terrena, cæteris laticibus pondere præſtat. Ideo in illis grauitate demergẽs, ad fundum decidit: in melle uerò, ut leuior de loco uicta ſurſum pellitur.

Quæſtio 91.

Cur ſi uaſa uini atque olei diutilè ſemiplena cuſtodias, uinum ferme in acorem corrumpitur, oleo

contrà

contrà sapor suauior conciliatur?

Solutio.

Quia in illud uacuum, quod supernè liquido caret aer aduena incidit, qui tenuissimum quemque humorem elicit & exsorbet. Eo siccato, uinum quasi spoliatum uiribus, prout ingenio imbecillum, aut ualidũ fuit, uel acore exasperatur, uel austeritate restinguitur: oleum autem superuacuo humore siccato, uelut mucore, qui in eo latuit, absterso, acquirit nouam suauitatem saporis.

Quæstio 92.

Cur eadem potatio meratior uidetur ieiuno, quã ei qui cibum assumpsit?

Solutio.

Inedia uenas uacuefacit, saturitas obstruit: igitur cum potio per inanitatem penitus influit, quia nõ obstrusas cibo uenas inuenit, neq; fit admixtione dulcior, per uanum means gustatu fortiore sentitur.

Quæstio 93.

Propter quid aqua frigida ex eodem uase effusa, acutiorem facit sonum, quàm calida?

Solutio.

Quoniam frigida uelociorem habet motum, dum ponderosior est quàm calida. Hinc quoq; fit, ut fontes quidam fistulati matutino tempore, aquam longius à ductibus proijciant, quando ratione lunæ aqua

friget, quàm in meridie, quando calet.

Quęstio 94.

Cur somnia matutina cæteris ueriora dicuntur?

Solutio.

Cælius li. 4 cap. 42.

Somniale uaticinium quatuor fermè causis ueri us dicere possumus. Aut quia præceptum est prope salis emersum, quando sedatam nouimus uaporum externarumq́; rerum curam. Seu quod tunc percocta ciborum mole amplius sobrij sumus. Tertio, quòd sa lis phorbiq; iratis accessu, roborari uaticinium con= sueuit. Et ultimo, quòd sanguinei spiritus & ignei ea hora dominantes claritati somniali robur addunt, ut uerius proferatur.

Quęstio 95.

Lib. 1. aph. 13.

Cur Hippocrat. dixit senes facilimê ieiuniū ferre?

Solutio.

Quia frigidum habent corpus, & parum exerci= tantur inquit Oribachius. etenim quanto frigidiorem craßioremq́; humorem habent, tanto minor est illis appetitus, ut qui ex ipso humore nutriantur. Vnde si amplius illis offeras, quàm possunt concoquere, ex i= pso extinguuntur: quemadmodum lucerna, quæ so= let oleo suppetente lumen clarum facere. Si plus olei immittas, quàm conueniat, continuo luminis claritas extinguitur. Sic & Galenus exemplū facit de athletis

Gal. 1. aph. Comm.

Quęstio 96.

Propter

Propter quid surculi in melle sepulti de regione in regionem recentes possunt deportari?

Solutio.

Quoniam mellis humidum tenue est, dulce & temperatum, non pingue, nec putredini obnoxium. Vnde alendis germinibus teneris commodissimum est.

Questio 97.

Cur tubera niues in directo superstātes colliquāt?

Solutio.

Ex putredine hoc fit, quæ calida est, & tuberibus participat, dum ex ea nascuntur. Quando enim calor putridus terreum humidum secernit, radices gignit sine germine, & tubera uocantur. Sed cum frigidam atq; humidam, tenuemq; materiam concoquit, germina sine radicib. omittit, quæ fūgos appellamus.

Questio 98.

Cur in tenebris timemus?

Solutio.

Obscuritas tenebrarum non ad timendum nos impellit, sed quod oculi auxilio carentes, imbecilles & omni iniuriæ expositi uidentur. Hoc sic esse societas probat, quæ timorem alleuiat, etiamsi nigredo maneat, & obscuritas.

Questio 99.

Quare lingua febricitantiū omnia iudicat amara?

Solutio.

Quia

Quia stomachos cholerico humore repletos habent, qui maximè amari sunt, & gustum inficiunt.

Quæstio 100.

Cur fabæ, cum sunt uentosæ, per decoctionem suam non immittunt uentositatem ut hordeum?

Solutio.

Auic.can.2 tract.2.ca. 246.

Quia fabæ de sui natura plus habent uentositatis quàm hordeum: uel quia fabæ grossæ substantiæ & compactæ sunt, uelut hordeum non est. Propter quod Isac dicit ex Galeno: fabis coctis uentositatem auferre non possumus, sed per fortem decoctionem minuimus.

PHYSICARVM QVAESTIONVM
Centuria tertia.

Questio 1.



Vr exuperantiæ nimiæ committendi morbi uim habent?

Solutio.

Quia uel excessum uel defectum efficiunt: qua quidem re morbum consistere certum est. Huic problemati uel Hippocratis medicorum facile principis aphorismus secũde separatorum sermonum calculum addit, quando inquit: Non sacietas, non fames, neque aliud quicquam bonum est, quod modum naturæ excesserit. Rectè quidem Hippocrates: nam sanitas aliud nihil est, quã symmetria quædam excessus nescia, uel in calido, frigido, humido, sicco, ut Alcmeon dixit: uel in elimentis æqualitas, ut Diocles: uel in humoribus ut Zeno, cum toto suo collegio temperatura: Galenus temperamentum nominauit, & morbum distemperamentum, si hoc magnum fuerit: quoniam paruus excessus non confestim morbum causat, sed morbi causam, eodem Galeno dicente, quando inquit:

Lib. 2. aph. 4.

Alcmeon

Diocles

Zeno

Gal. de Ac. et mo. ca. 1.

Lib. 2. aph. 4. & 1. de Ac. & mo. cap. 4.

quit: Ab exitu temperamenti, usq; dum morbus accidat, multi gradus insurgunt.

Quęstio 2.

Cur uomitus, quãdo tempora mutantur citari maximè debet?

Solutio.

Ne conturbatio redundet, & motus inordinatus, propter mutationes in superfluitatibus accidat. Accidunt autem ferme hæ mutationes in fine ueris, & principio æstatis, quibus temporibus graciles & facile uomentes item Hippocrates per uomitum pur-
Lib. 4. aph. 6. gandos monet, hyemem cauendo.

Quęstio 3.

Quamobrem, qui uel cibo uitioso uescuntur, uel fame diutina laborant, pedibus intumescere solent?

Solutio.

Problema istud scitißime Plutarchus interpretatur, rationem naturalem adducẽs, inquit enim: Calor humani corporis intimus, extrinseco cibo indiget ut durare queat. Sed quando eo priuatur uel subtrahendo, uel cibum corruptum & uirtuti nutritiuæ contrarium administrando, in corpus grassari non desinit, ne subinde ex eo aliquid auellat: uerùm quando hoc quod ex imbecillitate sibi asciuerit, percoquere aut rectificare nequit, imperfectum crudumq; dimittet. Vnde quod incoctum est ima petit, & pedes intumescunt. Hippocrates in Eno ciuitate Thraciæ incolis ob fa-

ob famem leguminibus uescentibus, crua esse debilita ta, & ijs qui Eruo fuerant usi, poplitum dolores non ob aliam causam euenisse scribit, quàm quòd calor in timus, per famem lancinatus, & nutritiua uirtus, per eandem coangustata legumina digerendum dura cō= coquere nequiuerint. Li. 4. epid.

Quæstio 4.

Quare Auicenna dixit mari obeuntib. plærūq; acci dere uertiginē, deuolutionē, et uomitū, fastidiēte sto= macho?

Solutio.

Profluit id ex uehementi humorū agitatione et spi rituū, propterq; uehemētem nauigationis motum. sic, item Hippocratem scripsisse facile constat, quando in quit: nauigatio declarat corpus motione turbari. Et Nesue in suo lib. de Con. medicinarū intētione tertia. Lib. 4 & aph. 15. Nesue de Con. me. in tent. ter. ca. 3. & 4.

Questio 5.

Cur extrema frigefacta uehemēter, si admoueantur igni dolent?

Solutio.

Contingit certe id ob repentinam qualitatis muta= tionem, quæ est ab excellenti frigiditate in plurimam caliditatem. nam quicquid immoderatius fit in distē= perantiā cadit, naturæ inimicā. Moderatius aūt factū naturā oblectat. Cuius rei testes habemus, nulla exce ptione dignos Hippocratem & Auicennam. Li. b 2. aph. 51. tertij præ doc. 5. ca. 2.

Questio 6.

Cur glacies tametsi frigidißima, non tantum lædit

frgidi

frigiditate, quantum ignis caliditate?

Solutio.

Quoniam ignis motu omnia penetrat, introitumq; prius dißipat quã urat. Sed glacies quiete quadam constat ob crassam substantiam. Vnde penetrare minus potest. Quare enim glacies non minus frigida sit, quàm ignis calidus, ostendit experimentum. Nã si ligno aut lateri ardẽti glaciei imponas, tantũdẽ nõ celerius glacies dissoluetur, quã extinguitur ex toto ignis. Ignis quippe tenuißimus, calidißimus, & celerrimi motus est, qui omnia facile inuadat, & in momento maneat solus: sed glacies frigidißima, quieta omnino, lenti progressus, & maximè diuturna.

Quæstio 7.

Cur popularìter podagram morbum dicunt incurrabilem?

Solutio.

Quia currum boui præponant circumforanei medici, & agirtæ, dum ab initio uix patiente salutato, repercußiua frigida, ante ullam corporis competentem euacuationem administrant, materiam sic ingrossando, ut in posterum nulla diaphoresis proficua esse queat: uel dum loco effecto attractiua materia adhuc fluente adponunt, ubi felicius diuertendo, quàm attrahendo humores, præstarent adiumentum: aut dũ cathartico solum, & hoc forti, ut Helleboro, *Esula,* Me-

la, Mezereonte, ex tithymali catapotijs omnem ſcopum attingere ſtudent, omni ſalua medicina & ſimul applicandis, qualia ſunt fomenta, epithimata, & cataplaſmata, neglectis, ſeu dum narcoticis freti rectam curam iactant, & palliata ſic utuntur, ut penitus non indigere præſeruatiua exclament: uel dum à mala cõplexione ortam euacuatiuis redimere nituntur, ubi alteratiuis utendum erat.

Quæſtio 8.

Cur ſanguis ex uulnere effluit, ſi præſtò ſit qui intulit?

Solutio.

Nam uulneratus in aſſilientem dolenter conuertitur adhuc uiuus, ultionem petens. Vnde bilis repente inardeſcit, ſuccenditurq́; ſanguis, & ſubtiliatur, qui tota ui ſpiritibus conuolantibus, ad uulneris labia, tũ fomenti tum uindictæ cauſa ſe proripit, quem hinc reus anxioſa imaginatione, ſi uulnus inſpexerit, eo mortuo extrahit, & ſudare facit.

Quæſtio 9.

Cur urina prodeſt uentris inflationi?

Solutio.

Quia tenuitate penetrat ad intima, ſecumq́; ſalis uim defert, qua flatus diſcutitur, & uiſcera confirmantur

Quæſtio 10.

Gal. de Lo. affect. li. 3. cap. 6.

Cur quidam semper timent ac tristantur?

Solutio.

Galenus inuolucrum soluit, dicens, atram bilē fundamentum rationalis animæ obnubilare: neq; aliam rem esse, idem asserit, quæ tristitiam, & timorem magis exaggerare queat, quàm tenebræ: quod seminarium melancholici, quoquo eunt secum deferant.

Questio 11.

Cur morbi nonnunquam per incantationes curantur?

Solutio.

Euenit hoc per uehementem applicationem uirium animi, atq; per fortem imaginationem tam incantantis, quàm incantati: sic item serpentes quandoque stupefiunt, uel interimuntur, sic infixas oßibus sagittas duobus digitulis quandoq; extrahunt, quas chyrurgici instrumentis suis euellere non poterant. Galenus id quoq; citra incantationis modum, quem ualde damnat, sexto simplicium, fieri docet ex Platonis *doctrina, his uerbis: Cum mens humana rem aliquam, quamuis naturaliter non iuuantem, sibi prodesse certificauerit, ex sola mentis intentione, corpus re illa in tantum iuuari, ut plerumq; uisum sit, operari confidentiam ægroti ad curationem, quantum medicinarum applicationem.*

Gal. 6. sim. cap. 1.

Questio 12.

Cur sa-

Cur saliua hominis ieiuni apostemata curat. Pli. lib. 28. cap. 4. Ga. lib. de Inæ. discras. doct. 2.

Solutio

Quia, Auicenna teste, bene digesta est, & multum subtiliata.

Questio 13.

An plus uitæ humanæ obsit malus aer, quàm malus cibus?

Solutio.

Malus aer maioris est nocumenti, dum cor lædit, quod est fons caloris naturalis, & spirituum uitalium minera.

Questio 14.

Quare portulaca soluit stupefactionem dentium, quam hæ nodiam uocamus? Auic. 2. ca. tract. 2 ca. 545.

Solutio.

Quia humiditas portulacæ ingrediens sua uiscositate, extrahit acutum, quod est causa dentis congelationis.

Quæstio 15.

Cur allium, & cæpe in sicciori plantata loco, meliora habentur?

Solutio.

Quia omnia talia, Aristoteles inquit, maxima humiditate plena sunt: sed temperatiora fiunt, si in sicco plantentur, minusque putresationi obiecta habentur.

Quæstio 16.

Quare uiros ambidextros quandoq; reperimus?

Solutio.

Propter multitudinem caloris cordis hoc usu uenit, propterq; calidam eius sufflationem. Exin enim sinistra tam habilis operandum efficitur, quàm etiam dextra est. Proinde raro mulierem ambidextram uidemus, ut Hippocrati placet, quæ plerumque frigidæ sunt.

Li. 7. aph. 45.

Quæstio 17.

Cur dolentes & infirmi, laborantes item in extremis, denudant aut detegunt brachia?

Solutio.

Hippocrates maximo dolori acceptum id refert: dicitq; uerissimum esse signum propinquæ mortis.

Quęstio 18.

Li. 6. aph. 2.

Cur Hippocrates sanis esse malum dixit, quod ægrotis sit utile: Inquit enim, quibus nares humidæ, & genitale semen liquidum, sanis malum est, ægrotis uerò utile?

Solutio.

Quia si sanis humidæ sunt nares, & semen genitale liquidum & aquosum, malum est, non secundum naturam, sed ex contrario. Nam illud quidem ex abũdãtia pituitæ, hoc uerò ex infecto sanguine. Si autem ægrotans quis ex siccitate, humidas habuerit nares, & semen

& semen genitale liquidum, bonum est: quia siccitas est consumpta, & ad temperiem redacta natura. nam humor humectauit arentes nares. Sanguis uerò unde semen genitale originem ducit, quod antè uiscosum fuerat, calore suo reparauit.

Quęstio 19.

Quare uult Hippocrates, quòd renum & uesicæ uitia potißimum in senibus difficulter curentur?

Solutio.

Bifariam hoc usu euenit: aut quia præsidia ex interiore parte admoueri non possunt: aut quia illa, quæ ab exteriore parte admouentur, statim & antequam ad locum pertingant consumuntur.

Quæstio 20.

Cur dixit Hippocrates hydropicis, si ulcera nascũtur, non facile curari posse? Li. 6. aph. 8.

Solutio.

Triplicem causam Oribasius profert: quarum primam dicit, quòd sanguis desit, qui carnes nutriat, dũ in aquam conuersus est. Secundam, quia ipsa aqua salsa decurrẽs ad ulcera ea magis exasperat. Et tertiam, quia debilior sit natura, quàm locus qui patitur. Oribasius

Quæstio 21.

Quare stomacho infirmo alia omnia membra infirmantur?

Solutio.

Cōſtātinus Gale. lib.3. inte. cap.7.

Quæſitum Conſtantinus declarat, dicens ideo hoc fieri, quoniam ſtomachus cum cerebro, corde, hepate & alijs membris, quæ principalia dicuntur, colligantiam habeat, quæ ipſo dolente omnia doleant.

Queſtio 22.

Ebrietas cur auditum lædit?

Solutio.

Quia in ebrietate caput repletur fumis & uaporibus, ex quibus, ad organum auditus uenientibus facile commouetur aer connaturalis, in organo auditus præexiſtens, & ſonum facit.

Queſtio 23.

Cur rheuma ſeu catharrum patientes à upino decubitu cauere debent?

Solutio.

Timendum enim eſt, ne per iſtum decubitum materia ad partes fluat poſteriores, ubi liberos effluendi non inueniat exitus ſeu meatus. Vnde neruos occupet ſpaſmum ſeu paraliſim inducens.

Queſtio 24.

Cur qui in aquam deſcendit calidam, ſi ſe non mouerit minus uritur: ſed ſi agitatu ſuo aquam mouerit, maiorem ſentit calorem, & totiens aqua urit amplius, quotiens nouus ei motus acciderit?

Solutio

Calida quæ adhæſerit noſtro corpori, mox præbet ta=

bet tactum sui mansuetiorem: uel quia cuti assueuit, uel quia frigus accepit à nobis: motus uerò aquam nouam corpori applicat, & cessante assuetudine, semper nouitas auget sensum caloris.

Quæstio 25.

Cur æstate cum aer calidus flabro mouetur non calorem, sed frigus acquirit?

Solutio.

Quia aer motu in uentum soluitur, & liquidior se factus agitatu flatus efficitur, quòd sensum frigoris præbet.

Questio 26.

Cur sternutatio ad initium catharri est nociua?

Solutio.

Quia prohibet maturationem humorum in cerebro contentorũ, qui non maturantur, nisi cũ quiete.

Quæstio 27.

Quare multum flentes parum mingunt?

Solutio.

Quia humidum radicale, Aristoteles inquit, lachrimæ & urina sunt unius & eiusdem naturæ. Vbi ergo fletus multiplicatur, ibi urina diminuitur.

Quæstio 28.

Cur ursi manus, hoc est pes, cæteris carnibus ursinis est suauior?

Solutio.

Plutarchus nodum aperit, dicens: quòd omnia per coquentia corporis alimẽtum, carnem præstent, quacunq; alia multum suauiorem: omne autem quod difflat, id est, omne quod mouetur, quodq; exercetur tale est, sicuti ursus partem hanc agitat plurimum, tum incessus ratione tum appræhensionis causa.

Questio 29.

Qui fit, quòd gallus gallinacens leoni regi animalium, tam multum est formidini, qui comparatione facta auium est abiectißima?

Solutio.

Enthimema soluit Marsilius Ficinus: dicit enim, propterea id fieri, quia in ordine Phœbeo gallus leoni sit superior. Sunt tamen, qui dicant, leonem non aliter timere gallum, quàm gallus uulpem, ouis lupum mus felem, & felis canem.

Quæstio 30.

Qui fit, quòd gallus timet uulpem & ouis lupum?

Solutio.

Agrip. in ocul. Phil.

Griphum declarat Agrippa, & dicit aliquibus inesse uirtutem secundum totum, hoc est secundum totã suam substantiam, uel secundum omnes eius partes. Velut hienæ inest, ut umbræ eius contactu canes obmutescant, & Echirtei pisiculo, ut saltem contactu nauem remoretur, & lupo ut ouem prosequatur, uulpi ut gallum, cani ut felem. Aliquibus item ut secũ

dum

dum aliquas partes operentur, uelut Basiliscus est, qui uisu interimit: & lupus item quòd si aliquem pri or uiderit hunc elinguem, rancum, stupentemq; facit. Hanc autem uirtutem, ocultam proprietatem medici uocant, seu formam specificam: quæ Mũdino asseren te, aliud nihil est, quàm additamentum quoddam su-pra complexionem, per quod indiuiduum faciat suã operationem, uelut in strutiochamelo notatur, qui ad hoc quod est animal cholericum, etiam ferrum deco-quit.

Questio 31.

Cur Aegiptij Eluron, hoc est, felem sindoni inuo-lutum, si mortuus sit, sale & aromatibus sepeliunt?

Solutio.

Id Herodotus ob animalis puritatem fieri docet. eo usq; enim purum scribit, ut quæcunque mali odo-ris sint penitus fugiat, uentremq; exonerans scrobem prius facit, cui sordes ingerat, terraq; ne fœtor sit in-tegat. Herodotus

Questio 32.

Cur aues renibus & uesica carent?

Solutio.

Quoniam natura quæ in cunctis solertissime ope-ratur, ne in pennas non increscerent ut uolare pos-sent, si urinando humiditates proscriberent, ex qui-bus pennas oriri certum est. Aphro. pro blema 108.

Questio 33.

Cur ranis aliquando, & piscibus uel lapidibus pluisse dicatur?

Solutio.

Quoniam aqua quandoque & terrena, sic aeri se immiscent, ut solis tractu secum ranarum phalanges & piscium examina, lapidumq; moles ascendendo trahat. De ranis & piscibus populare est: sed & Cordubæ Franciscus Mirandulæ comes, aliquãdo in una pluuia centũ lapides iustæ magnitudinis cecidisse testatur. Velut Ensishemij superioris Alsatiæ oppido ducentarum librarum claro cœlo lapidem cecidisse uerißimè, anno Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo facile constat, qui adhuc in sacrarum ædium tholis suspensus magna aduenarum cernitur admiratione.

Francis. Mirand. in Cõ. super hym. ad trinitti. De La. En. Pict. lib. 9. serm. quin.

Questio 34.

Cur Galli ante lucem cantant?

Solutio.

Plinius gallos excitandis in opera mortalibus, rũpendoq; somno à natura genitos dicit. Sed Democritus apud Ciceronem causam aliam adducit, inquiens: depulso, & in omne corpus diuiso & mundificato cibo cantus edunt galli, quiete saciati: qui quidem, ut Ennius ait, silentio non fauent faucibus, rursum cantu plausuqúe premunt alas. Sunt item, qui salacißimæ

Li. 1. diuin.

Ennius

cius

eius naturæ acceptum referri astruant. nam cantu Veneris appetentiam significari uolunt. Lucianus aliam sed lepidam huius rei scribit rationem in fabula Alectrionis de Marte & Venere. Lucianus

Questio 35.

Cur serpentes crescũt in immensam magnitudinẽ.

Solutio.

Magnitudinis serpentum causa est calor regionis quam inhabitant. nam tales dura sunt carne, & ob id in immensum crescere apti, sicut hoc cernere datur per arbores, quæ densioris sunt substantiæ ut quercus est glandifera: & per animalia quædam, uelut est Elephas & alia.

Quæstio 36.

Serpentes parui cur perniciosissimi?

Solutio.

Serpentes qui nesciunt crescere calore auxiliante necessario siccissimæ sunt naturæ: atq; ob id perniciosissimi.

Quæstio 37.

Cur animalia uenenosa alis & pedibus carent?

Solutio.

Quoniam si pedibus ualerent, nimis perniciosa essent, ob id etiam tarda & pusilla genuit natura.

Questio 38.

Cur plures aues nocturnæ quàm animalia?

Solu-

Solutio.

Causa est, quòd in aere non adeo impedimenta sunt uolantibus auibus, ut in terra ambulantibus quadrupedibus, quodq; maiore negotio cibus quæratur nocte quàm die, præsertim his quæ raptu uiuunt animalibus.

Quęstio 39.

Cur pisces rarißime mansuescunt?

Solutio.

Quoniam paruo & hebeti ingenio sunt, Delphini qui se ex opposito habent, propterea cicurantur: sunt enim ingeniosißimi, & humanorum affectuum non expertes, præsertim misericordiæ.

Quæstio 40.

Cur mulæ sunt steriles?

Solutio.

Si Agrigentino Empedocli credimus, id ob eam rem accidit, quod matrix & parua sit & humilis, & angusta, & in utero naturaliter deorsum uersa, adeo ut in eo semen, quoniam hostium non pateat, obuiam iaci rectum nequeat. Quod si etiam casu iaceatur, ea tamen illius capax non sit. Philosophi aliam rationē offerunt, dicentes: quoniam mulorum semen tenue sit & frigidum infœcundos esse mulos, sic & uiros senio confectos, & naturali illo gignendi calore uigoreq; destitutos, propterea infœcundos arbitrantur.

Quæstio

Quæstio 41.

Quare animalia fel habent? *Anglicus li. 5. ca. 40.*

Solutio.

Vt suo acumine intestina egerēdum incitet, stomachumq́; digerendo roboret.

Questio 42.

Quare equus, mulus, asinus & coruus felle carēt? *Aristot. lib. 14. anim.*

Solutio.

Aristoteles inquit: & si non habeant fel in cista sub hepate, habeant tamen felleum humorem in uenis capillaribus, quæ per integrum corpus bilem, sanguinē tenuandum fluere faciant. Auicenna. *Auic. prim. quarti*

Questio 43.

Quare lingua canis rabiosi uenenosa est?

Solutio.

Propter malitiam hoc fit, & furiositatem humoris uenenosi in eis prædominantis.

Questio 44.

Qui fit, quòd paruæ aniculæ plus uociferant, & uocaliores sunt, quàm magnæ?

Solutio.

Id notatur in luscinia, cristata, & alijs: sed rationē Aristoteles adfert, dicens: quòd spiritus paruarum leuior sit & mobilior, quàm magnarū. Vnde itē promptiores sint ad cantum & clamorem.

Questio 45.

Quid rumpat teſtam in excluſione pulli?

Solutio.

Problema ſoluitur bifariam. Primo, quia teſta incubatione continua mollitur & ſubtiliatur, ſicut etiã fit in aceto, ſi in illo per nouem dies manſerit. Secundo, ex parte rumpentis hoc fit. Nam quando nutrimẽti defectus imminet, pullus teſtam rumpit, ut nutrimẽtum inueniat.

Queſtio 46.

Cur uitellus oui dicatur calidior, quàm albumen?

Solutio.

Quia inter omnes humores ſanguis eſt calidior calditate temperata : quod ergo propinquius eſt ſanguine, id quoq; calidius eſt, & uitellus eſt talis.

Quæſtio 47.

Quare uitellus oui in aquam poſitus deſcendit & albumen ſupernatat?

Solutio.

Quia albumen eſt multum uiſcoſum adhærens illi cui adiungitur. Ideo propter uiſcoſitatem in aqua ſupernatat. Vitellus uerò propter eius denſitatem imum occupat.

Queſtio 48.

An piſces commedant pullos ſuos?

Solutio

Maxime: quia habent ſtomachos frigidos, qui gu-

lositatem pariunt. Tum item, quia habent sensus obtusos, qui nec suis nec alienis pareant.

Quæstio 49.

Cur aliqua animalia habent longa colla, ut grues & ciconiæ?

Solutio.

Quia nutrimenta sibi ex profundis aquarum colligunt, ubi longioribus opus est. Quæ raptu uiuunt sunt Herodius, Nisus, accipiter, & huiusmodi breuioribus contentantur.

Quæstio 50.

Quare pullus decollatus diutius moritur, quàm homo decollatus?

Solutio.

Quia pullus habet strictos neruos, in quibus spiritus motiuus diutius moratur: sed homo amplos, & post decollationem multum patentes. Vnde statim cũ sanguine quicquid illi spirituũ inest, emanat & moritur.

Quæstio 51.

Cur apes, muscæ, & alia huius generis animalcula uociferant, cum non habeant pulmonem & alia uocis instrumenta.

Solutio.

Aristoteles nodũ aperit, dicens, quòd in eis sit quædam pellicula, ad quam spiritus pulsans sic sonũ edat. In li. de spi. & res

Quæ= speras

Quæstio 52.

Sect. 4. pro blem. 21.

Propter quid aues multum pinnatæ & homines pilosi potißimum sunt Venerei?

Solutio.

Aristoteles multam humiditatem calore temperato accedente causam scribit: nam eam uasa spermatica replere & extendere docet.

Questio 53.

Cur annulum in digito saltem, qui minimo uicinus est, & medicinalem uocamus, gestandum opinamur?

Solutio.

Quia ex libris habemus anatomicis, neruum quẽdam de corde natum prorsum pergere usq; ad digitũ hunc minimum, quem sic annulo in cordis nobilißimi membri gratiam, tanquam corona ornamus. hanc solutionem A. Gellius habet: sed apud Macrobium alia habetur: nempe, quòd in postera ætate (nam antea saltem aureos aut ferreos habebãt) luxus adeo increuerit, ut in annulis aureis gemmas pretiosas signãdi causa insculptas gestarint: quos, ne frangerent, ob dextræ manus agilitatem & frequentem usum in sinistr[illegible] collocandos censuerint, dum ea quietior est, & functionis quasi expers.

Lib. 10. ca. 10. lib. 7. satur cap. 13.

Quæstio 54.

Aristoteles

Cur mare dulcibus aquis minus frigidum?

Solutio.

Quia

Quia spißius est mare ac corpulentius. Nam quæ eiusmodi sunt, minus refrigerãtur, & insita densitate melius calorẽ fouente: nõ quod mare pinguedinẽ quandam sapit, quæ caloris nonnihil in se retinet: uelut id argumento est, quod flammam non æque potest marina aqua per se extinguere ac reliquæ aquarum.

Quęstio 56.

Quare clepsidræ tardius multo hyemali tempore profluunt, quàm æstatis horis? Plutarch. in Physiologico suo.

Solutio.

Ratio plane physica est: quoniam ex ambientis et obsidentis frigoris ui grauior corpulẽtiorq; fit aqua. Ex qua ratione quoq; obseruatum est, in fluminibus nauigia sydere eodem tardius commeare. Quãquam & illud efferri potest, fluuialem aerem semper quidẽ motui obsistere, ac esse grauem: sed hyeme eo amplius ex circumallentis ui frigoris, quæ res itineris celeritati officere manifesto deprehenditur.

Quęstio 57.

Cur spiritus longe emissus calidus est: aliter autem frigidus?

Solutio.

Compertum est, oris flatum calescere laxis labris molliter emissum, raritatis ratione, sed compreßis ob densitatem frigidum euadere ac sentiri. Et sic calefa-

ctionem ex nobis prodire coniectandum est, ac frigefactionem ex aeris extimi ui, simul cum flatu incidente.

Quæstio 58.

Cur adeo longæui ante uniuersalem inundationẽ homines fuisse narrantur?

Solutio.

Variæ habentur rationes: sed hæ præstantiores æstimantur. Prima, quòd corporibus primorũ parentũ bene admodum Dei beneficio compactis, tam longæ ætatis beneficium acceptum inscripserint: quæ bonitas quò abierit longius, eo degenerarit magis. Secunda, quòd tunc temporis moderatio erat insignis, & alimenti magna præstantia, cui à diluuio multum accesserit prauitatis: quoniã dilutiora euaserunt omnia & maris salsedine deteriora. Tertia, quòd tunc & benignior clementiorq; syderum aspectus fuerit, quem motus rotata uertigo annorum serie numerosa demutarit. De hac re abundantißimè scriptum habes apud Georgium Pictorium, Succisiuarum lectionum dialogo primo.

Arist. aliam rationẽ habet in li. de long. et breuitæ.

Pictorius Succisiua. lectio.

Quæstio 59.

Cur aqua quandoq; ignes excitat?

Solutio.

Ignis cum ardentior fuerit, à frigido incitatur & humido, ut ardentior fiat, quorum utrumq; aquæ inest.

est: Solutionem ueram esse ignis ostendit follibus inflammatus, qui parua aqua non extinguitur, sed magis accenditur, & robustior fit.

Questio 60.

Cur machina bellica, spherula emissa, magnum sonum facit?

Solutio.

Quia ignis tanto impetu affatim erumpit, ut aerem repente concutiat: uel quòd halinitrum & omnẽ salis genus sponte etiam in libero igne positum, non leuem crepitum excitat. Pulueris enim pirij halinitrum non leuis materia est.

Questio 61.

Cur ignis sub cineribus uiuus conseruatur, quem perpetuum motum habere constat?

Solutio.

Quem semper habere motum constat aliquem, sed prunas ualde tenuem, ut qui etiam sub cineribus uiuus maneat, prunis deiectis aer circumstãs ignem corrumpit: mauult enim corrumpere, quàm corrumpi.

Questio 62.

Cur ignis igne calidior?

Solutio.

Quia ignis accidens est, quod augeri ac minui potest. Probat hoc ignis calidior, qui in ferro est, eo qui in palea, & qui in quercus lignis, eo qui in saligenis:

sicut enim glacies quædam nix coacta est, alia dura, alia prædura, sic ignis quidam uix ignis est: ut cum ferrum calefieri incipit, hinc calidior cum candidior est, & denuo cũ igne splẽdescit, calidißimus, ignẽ uix ignem dicimus, qui lintheolo aqua ardenti illico inhæret, quia lintheolum non adurit: sic item hæc aqua si diutius distilletur attenueturq; magis & manui inungatur: magno miraculo ardet, manu non sentiente ob ignis istius debilem calorem.

Questio 63.

Cur filum ouo circundatum non solum in prunis, sed nec in flamma ardet.

Solutio.

Quia non fit ignis, nisi calor ad summum deducatur: sed id ne ibi contingat, ab ouo prohibetur, dum aliquo modo id refrigerat, quod maxime est calidum.

Questio 64.

Quare ignis aliqua dealbat, aliqua denigrat?

Solutio.

Humida denigrare solet ignis, quia exterius euocat humidum, aeremq; expellit. Sicca dealbat, quia quod inerat humidum absumit.

Questio 65.

Cur aer ob substantiæ puritatem sentiri nõ potest?

Solutio.

Hoc factum est causa animantium. Nam si colores haberet

haberet aer, qui uiderentur, omnia eosdem in sese re- ciperent. Vt enim per uiridia conspicilia inspicienti omnia uidentur uiridia, ita si aer coloris particeps es set, omnia eiusdem coloris esse uiderentur.

Quęstio 66.

Cur terra optima, imbre conspersa, optimè olet?

Solutio.

Id prorsus accidit, quoniam per siccitates humor modicus, qui in terra continetur, à moderato calore ac naturali concoquitur. Inde imbre superueniente miscetur aquæ atq; exhalat: atq; ideo fragrat optime quod etiam optime concoctum est. Igitur odoris sua- uitas temperati caloris & feracitatis maxime inditi- um est.

Quęstio 67.

Cur halinitrũ difficilius ac segnius uritur, quàm sulphur?

Solutio.

Quia ferme semper impurum habetur: purum e- nim, quoniam siccum momento ardet, & citius, quã sulphur pingue existens, & aereum. Vnde mora in- diget ut ardeat.

Quęstio 68.

Cur fortes sint, qui loca frigida incolunt: & cur ti midi, qui loca calida poßident?

Solutio.

Quia homines in solo & cœlo frigido degentes, suapte natura intrinsecus concalescunt, quòd frigore exteriore corpus fiat spißius & caro densior: cuius densitate calor intus collectus auget fortitudinem, facitq; spiritus ferociores, & minus timidos. Septentrionales homines exemplo sunt, sicut êdiuerso accidit istis, qui in calida regione degunt. Nam corpora eorum refrigerantur utpote soluta, & quasi patentia Vnde calor profluere potest, qui diminutus effœminatos efficit & timidos. Quod uerũ esse isti docẽt, qui uersus meridiem uiuunt. Galenus pulchre hanc solutionem tractat, libro secundo Complexionum.

Lib. 2. complex.

Questio 69.

Cur hyberno tempore, cũ super terram frigus est putei et hyppogea, hoc est domicilia subterranea maxime calent?

Gal. 3. sim. dist. 2. cap. 2.

Solutio.

Quia calor frigori cedens (non enim calidum & frigidum concordiam patiuntur) in interiora uiscera terræ se confert, & puteos terræq; cauernas calefacit.

Quæstio 70.

Qui fit, ut per tempus æstiuum quando super terram calor æstuat, putei & loca subterranea frigent?

Solutio.

Hipp. in li. de Nat. fœtus.

Quia eo tempore frigus calori forinsecus dominãti per antiperistasim cedens in abdita fugit, aut terræ

partes

partes penitiores, ut aquam putealem frigefaciat, & quæuis loca subterranea.

Quęstio 71.

Cur Pythagoras dixit, non esse nisi accensis luminibus de Deo loquendum?

Solutio.

Quoniam luce præsente ille magis est præsens, qui dixit: Ego sum lux mundi. Et recte: quoniam uerus est ignis & pater luminum, sicut item tenebrarum dæmones in tenebris ipsis robustiores sunt, sic & boni dæmones, qui sunt angeli lucis, incrementa suscipiunt à luce, non solum diuina, solari, & cœlesti, sed etiam eius, qui apud nos est ignis. Hinc quoq; factitatum est ut primi religionum & cæremoniarum sapientißimi institutores, orationes & psalmodias, & sacra quoq; non nisi accensis luminibus fienda docuerunt.

Quęstio 72.

Cur transiens locum, in quo homo occisus est, uel cadauer recens absconditum, timore atq; pauore cõcitatur?

Solutio.

Quia aer ibidem plenus horribilibus homicidij speciebus, spiritum hominis dum ita inspiratur, similibus spiciebus afficit, atq; perturbat. Vnde contingit sequi pauorem. Omne namq; subito imprimens naturam, stupefacit.

Quęstio 73.

Plato

Cur speculi legimus apud Platonem *quandoq; cõcessam licentiam?*

Solutio.

Non certe, ut crines in supercilijs discerniculo diuidant mulieres speculo præsente, non ut faciem pigmento aut melino, noua pictura fœdent: non ut rugas frontis & genarum, eiusdem speculi adminiculo, trahant, seu nouas formas subinde effingant: sed ut nos metipsos ex speculo sic noscamus, ut si formosi, deuitemus infamiam: si deformes redimendam sciamus, quicquid corporis pulchritudini deest. Hoc modo So*cratem suis discipulis etiam speculi usum concessisse legimus.*

Laertius lib. 2.

Quæstio 74.

Qui fit, quòd historiæ habent, quosdam homines prisco seculo ducentum annos, & quosdam octingentos compleuisse?

Solutio.

Petrus Apponensis *adfert rationem, & pro uario cursu & dispositione cœlorum modo uitam humanam breuiari, modo produci scribit, ex astronomia argumentum colligens, quando duos zodiacos esse ostendit, unum in nona sphæra, alterum in octaua, quē firmamentum uocant, quos in rerum initio ac temporum sic à* Deo *fuisse dispositos, ut aries arieti, taurus tauro,*

Et Arist. in lib. de long. & breuitate uitæ.

tauro, geminis gemini iungerentur, & amborum coeuntibus in unum uiribus, fortior in terris fieret influxus. Vnde herbas, tunc salubriores, & fructus terræ meliores & longiores uitas animantium fuisse affirmat. Sed denuo illa syderali dissoluta ab inuicem per motum societate, idem inquit, totum inferiorem mundum ægrotare, atq; per decrementum claudicare cepisse. Theologi tamen aliam rationem exhibent, dicentes, primum parentem filios & nepotes talib. disciplinis imbuisse, ut quid utile & quid noxium uitæ esset, per se unusquisque saltem cognosceret. Adduntque tunc uliginem terra fuisse synceram, & salubriores suppeditasse fruges, quæ post diluuium salsedine maris infecta, in peius defecerint. Quidam ueterum annos menses interpretantur: quàm ueraciter autem id faciant, id declarat, quòd Moyses Malalahel sexaginta quinq; annos & totidem menses natus genuisset, Propheta Hieremias ultimo capite annum suo tẽpore duodecim mensibus dimetitum uerißime scribit. Plinius quoq; singularem breuioris uitæ rationem dicit: Inquit enim, quando uoluptas esse cepit, uita humana esse desijt.

Genes. 5.

In prolog. lib. 14. nat. histor.

Questio 75.

Gemmæ & margaritæ, cur pestis tempore utiles sunt?

Solutio.

Ob ſiccitatem enim id uſu uenit: quia uehementer exſiccant. tamen ut minus quàm lutum armenum, ita ſpiritui uitali reparando ſunt utiliores gemmæ & margaritæ.

Quæſtio 76.

Propter quid aurum & gemmæ nobiliores generantur in oriente, quàm cæteris mundi plagis?

Solutio.

Quia in hac mũdi parte ſolis ardor feruentior & humidior, cum pinguedine quadam in terram operatur.

Quæſtio 77.

Cur in montibus metallica generantur?

Solutio.

Quoniam montium ſolidior eſt ſubſtantia: unde & calor ille melius in iſtis continetur, quàm in agris, ubi ſtatim difflatur.

Quæſtio 78.

Cur riuuli aquarum obliqui ſunt?

Solutio.

Deducuntur riuuli non recto tramite, ſed plerunque tortuoſi, uel ob alterius aquæ occurſum, uel ob lapides media in uia conſtitutos: uel quia cauitatem quandam in quam commodius confluant, inueniunt.

Quæſtio 79.

Cur ſuccinum paleas trahit, & omnia leuia?

Solutio.

Quia humidum habet glutinosum, & pingue: quo emisso, res bibere sicca cupiens uersus fontem, id est, succinum ipsum mouetur. omne enim siccum priusquam humidum bibere ceperit, ad ipsum etiam fertur uelut ignis ad naphtã: trahit enim si fricetur, propter calorem. nam calidi est attrahere.

Quæstio 80.

An succino & magneti eadem uel consimilis trahendi sit ratio?

Solutio.

Nequaquam. nam succinum omne leue trahit. Magnes ferrum solũmodo, succinum interposito corpore non mouet paleam, magnes ferrum. Succinum non trahitur uicißim à palea, magnes trahitur à ferro: palea à succino in nullam partem dirigitur, ferrum modo ad Boream, modo ad Austrum contactu magnetis tendit. Deniq;, succini attractio proculdubio similis est illi, quæ à cucurbitula & cæteris calidis nascitur, & magnetis à uirtute cœlesti sui uirtutę, quam philosophi specifocam uocant.

Quæstio 81.

Cur aurum argento uiuo illitum fragilius euadit oui cortice?

Solutio.

Quia subtilitate sua intus penetrat, & frigiditate cogit,

te cogit, ut friabile reddatur. Hoc item ostendit aquæ frigiditas in chalibe, si ardeat. Nam in ea frequenter extinctus adeo friabilis redditur, tũ maxime, si aqua sit frigidißima, ut sponte rumpatur. Esse uero argentum uiuum frigidißimum tactus ostendit. Propter hoc Mauri, & qui Affricam inhabitant summis illis caloribus requiem quærentes, uas lapideum ligneumúe argento uiuo replent cui corium supponunt, atq; corio incubant.

Quęstio 82.

Argentum uiuum cur in unum coit sponte?

Solutio.

Fit hoc, uel ob grauitatem, uel quia humidum est ac pingue, hocque dum mouetur, in oua relinquit. Vnde per eam facilior ac pronior transitus fit ob quē in unam etiam sedem cito coalescit.

Quæstio 83.

Cur plumbum argento, dum fusum est supernatat?

Solutio.

Causa est, quòd plumbum, licet dum concretum est grauius sit argento, dum tamen liquatur tenuius redditur, quum in fumum transire paratum sit, atque perpetuo euanescat.

Quęstio 84.

Cur gemmæ molliores sunt, quæ sub zona frigida inueniuntur?

Solutio

Solutio.

Quia calor non poteſt adeo ſuccum earum attenuare, & penitus in gemmam compingere, quum debilior ſit, quàm in zona habetur orientali.

Quæſtio 85.

Cur lignum Indicum, quod Gallicã luem curat, aquæ immerſum non ſupernatat, ſed deſcendit præter aliorum lignorum naturam?

Solutio.

Quia ſolidum eſt, compactum atque graue, nihilq́ue habet inane, in quod aer includatur, uelut alia ligna, quæ ſunt poroſa atq; multum rara.

Quæſtio 86.

Cur flores nonnulli ſolis occaſu conſtringuntur, et tempore matutino aperiuntur?

Solutio.

Sunt etenim ſpongioſi, & rariſsimæ ſubſtantiæ, ex quo frigore in occaſu accelerante clauduntur: mane uerò noctis humore poti ſeu impleti, ſolis ui cooperãte iterum aperiuntur.

Queſtio 87.

Cur omniũ medicorum conſenſus habet, autũnale tempus eſſe peſtiferum?

Solutio.

Cauſas refert Galenus lib. 3. aph. 9. duas potiſsimum: quarum altera eſt, quia hac anni parte eadem

die alia

die aliquando frigus est, aliquando calor. altera quia mali chimi, id est, mali succi in corporibus id temporis exuberant, ex pomorum fructuumq; esu largiore; propter hoc Naso inquit: Cum modo frigoribus premimur, modo soluimur æstu, Aere non certo corpora languor habet.

Quæstio 89.

Cur sal in ignem proiectus crepitat?

Solutio.

Lib. 4. meteo. Quia sal habet in terreo combusto, philosophus inquit, admixtionem magni humoris.

Questio 90.

Macrob. lib. 7. satur. cap. 12.

Sit ne mel recens melius uetusto?

Solutio.

Non idem sentiendum est de melle & uino: quia mel recentissimum, uinum autem uetustissimũ melius est. Nã uini natura humida est, mellis arida, quod ex medicinis facile notamus: quæ enim humectanda sunt uino fouentur: quæ siccanda, melle teguntur.

Questio 91.

Cur si mel in uini uase ponatur, feces ipsius uini sursum eleuat, cum per oppositum quorumcunq; aliorum fex, tanquam grauior inferiorem locum teneat?

Solutio.

Etenim fecis materia, ut spissa & terrena, cæteris humoribus pondere præstat, melle uincitur: mel enim graui-

grauitate naturali deorsum ad fundum decidet, & fe cem, ut leuiorem sursum pellit.

Quęstio 92.

Cur piper & sinapi exterius cuti adproximata ul cera faciunt, ac deglutita minimè læsionem pariunt? Macro. lib. 7. cap. 8.

Solutio.

Quia integra uirtute sua, sine alterius rei admixtio ne uertuntur ad noxam: ast si in uentrem recipiantur l uitur earum uis uentralis humoris alluuione.

Quæstio 93.

Quare magis fœtent allia uetera, quàm noua?

Solutio.

Quia nouis multum humidum admixtum, & ex traneum, aufert potentiam eorum.

Quęstio 94.

Cur metus tinnitum pariat?

Solutio.

Quia in metu spiritus & humores mouentur ad interiora, hoc est, uersus cor subito: ex quo deinde fa cile generatur uentositas, quæ penetrando ad orga num auditus tinnitum causat.

Quęstio 95.

Cur magis dulcis aqua, quàm salsa idonea est sor dibus abluendis?

Solutio

Aristote-

Aristoteles griphum soluit, ait enim, aquam marinam multo spißiorem esse, quàm sit dulcis, imò illam esse feculentam: dulcem uero puram atq; subtilem, ob quę id ait imperitos nandi in mari citius ne in imum cadant, quàm in aqua fluuiali, quasi infirma & nullo adiumento fulta, quæ mox cedat, & in imum pondera accepta transmittat, sustentari. Et inde Philosoph. dixit, illam natura leuem & celerius mundare, quæ abluenda sunt, maculasq; fœlicius abstergere, quàm marinam craßiorem.

Quæstio 96.

Cur uulnera, quæ ex æreo mucrone fiunt, noxia sunt, quàm ex ferreo, faciliusq; curantur?

Solutio.

Quia inest, Aristoteles inquit, aeri quædam remediabilis uis & siccifica uirt9, quā dimittit in uulnere.

Quęstio 97.

Propter quid sudores calidi, iudicantur meliores frigidis?

Solutio.

Quia omnis sudor, Aristoteles inquit, superfluitatis alicuius expulsio est: merito autem superfluitatem modicam calefieri constat, multam minus. Vnde recte colligitur frigidum sudorem multam significare superfluitatem, ex quibus longæ ægritudines plerumq; emergunt. problemati huic consentit Hippocrates di

censi:

cens: Sudor multus frigidus uel calidus superfluens, Hipp.li.4.
frigidus maiorem, calidus uero minorem ægritudinē aph.42.
significat.

Questio 98.

Propter quid ultima emißione urinæ horrescimus?

Solutio.

Quoniam uesica prius est plena humido calido congregato in ea: quo euacuato, aer subintrat frigidus, dum nihil uacuum permanere queat, Philosopho dicente, & horripilatio condigne accidit.

Questio 99. Li. 6. aph. 17.

Propter quid dixit Hippocrates, lippientem præhendi alui fluore, bonum esse?

Solutio.

Oribasius soluit, inquit enim: liptitudo oculorum dolor, aut ex uapore ascendente, aut ex humore fiat. Superueniente igitur fluxu, ad inferiores partes ait prouocari materiam, doloris oculorum causam.

Questio ultima.

Quare famelico fortius obest uenenum, quâm repleto?

Solutio.

Quia in repleto großiores sunt meatus: aut quia uenenum cibo permixtum obtunditur in actione sua.

Quæstio-

QVÆSTIONVM PHYSICARVM SVPERPONdij loco quædam additio.

Questio 1.



Venenum cur præsentius operatur potum, quàm comesum?

Solutio.

Inuolucrum Cicero aperit in Cluentiana, dicens: epotum celerius in uenas, & omnes corporis partes permanare, quàm si in solito cibo sumatur. Ideoq; cicutam uino dilutam irremediabilem arbitrantur.

Questio 2.

Cur abstemij plerumq; ingeniosi?

Solutio.

Apolonius Tyaneus potu aquæ uegetari ingenium arbitratus est, fieriq; dicebat inde mentem purgatiorem atq; diuiniorem, sic ut sobrius uel abstemius facilius posse uideatur ad religionis arcana noscenda adspirare, quæ helluonibus uinolentisq; non pateant: quo-

ant: quorum mentes quibusdam quasi adipibus inuoluta, curuentur ad terram, ut cœlestia suspicere non poßint.

Quæstio 3.

Aquila cur Iouis armiger dicitur?

Solutio

Fit hoc, uel ob fabulam, qua in bello aduersus Tytanas Ioui in auspicium aduolasse fertur: uel, ut Plinius tradit, quia nunquam fulmine exanimatur. Pli. lib. 10. cap. 3.

Questio 4.

Cur stercus hominis fœtidi odoris est, quum quorundam animalium aromaticum, suaueolentiam fraget?

Solutio.

Quia homines multiformi, & humecto cibo affatim uescuntur, minusque exercentur: ideoq; non bene concoctum tetri odoris imprimis est.

Questio 5.

Propter quid fullones podagra non tentantur?

Solutio.

Quia eorum est, circa urinas, quæ podagræ medentur, suam exercere artem.

Questio 6.

Cur Iuno soror & coniunx magni Iouis dicitur?

Solutio.

Causam Physici referunt, qui Iouem ætherem, id

est, ignem dicunt, Iunonem uerò aerem: quoniam tenuitate hæc elementa paria sunt, dixerunt esse germana. Et quia Iuno, hoc est, aer subiectus est igni, id est, Ioui, iure coniugata maritali uinculo prodiderũt. Tamen super hac re Marcus Varro aliter censet, & Iunonem Iouis coniugem, ideo dici autumat, quòd Iupiter cœlum sit: Iuno uerò terra, quæ eadem & Tellus. Vnde à Vergilio dictum sit: Tum pater omnipotens fœcundis imbribus æther Coniugis in gremium late descendit, id est, in gremium Telluris.

Questio 7.

Cur domum Plutonis uacuam dixit Maro his uerbis: Perq; domos Ditis uacuas, & inania regna?

Solutio.

Optimo epitheto domus Plutonis uacua nuncupatur: sunt enim in ea tantum simulachra defunctorum incorporea & inania. Homo namq; ex animo constat, corpore & umbra, ut Philosophi tradunt. Anima cui cœlestis origo est, repetit cœlestia regna: corpus, quod terrenum est, terræ redditur: umbra inferos petit, quæ incorporea est ad nostri corporis effigiem.

Questio 8.

Puellis quando nubendum est?

Solutio.

Lib. 7. politicorum.

Aristoteles in Polyticis nubiles puellas dicit, anno

ætatis octauo decimo, quòd ea ætas matura uiro sit, & tempestiua: sed maribus circiter annos sex & triginta uxores ducendas censet: hoc enim tempore inquit, uigentibus corporibus iungentur. Albertus scribit, quod adulescentulorum fœtus imperfecti fiant, et puellæ in puerperio difficulter angantur pericliteturq;. In nono de Animalibus inquit, quòd sperma ad obolem progignendam tertio septenario, hoc est, uigesimo primo anno robustum sit, & idoneum, antea inualidum & imbecillum. Hesiodus maturitatem connubij esse dicit in uiro trigesimum annum, in puella decimumquintum.

Quæstio 9.

Senes cur sint morosi?

Solutio.

M. Tullius in Catone ideo morosos & difficiles arbitratur, quòd contemni se putent & despici. Licet contrarium uerius sit. Nam apex senectutis est autoritas. Lacedæmone honestißimum fuit domicilium senectutis, & nusquam honoratior senectus: hinc illud celebratum, cum quispiam uidisset, quantum honoris iuuenes senioribus Lacedæmone exhiberēt, scitißime dixit: In sola Spartana expedit senescere.

Quæstio 10.

Sollicitudo atq; tristitia cur Veneris pedissequæ?

Solutio.

Quia amor ſolicitus eſt atq; anxius, plusq́ue triſtitiæ & amatoris in Veneris contubernio latitat quã dulcedinis. Id Catullus quoq; oſtendit, dicens: Spinoſas Erycina ſerens in pectore curas. Et Plautus in Ciſtellaria: Amor & melle eſt fœcundiſsimus, guſtum dat dulce, amarum usq; ad ſacietatem aggerit. Quod uerum eſſe Plautinus amator in Mercatore eleganter oſtendit, ait enim: Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uerſor in amoris rota miſer.

FINIS.

QVORVNDAM OPTIMORVM AVTORVM ERRORES

rores per Georgium Pictorium inter legendum cum medicorum tum philosophorum scripta breuiter notati, in unumq; recenter conscripti.

Auicennę error 1.

Exitus uentositatis absque uoluntate, quandoq; fit propter mollificationem ieiuni. Auicenna *decima sexta tertij, Tractatu tertio, Capite quarto.*

Ioannes *Arculanus* Veronen*sis medicus & Philosophus insignis, hunc principis locum expungendum docet, libro in quo morborum & symptomatum causas & remedia scribit: inde quidem, quod intestinum ieiunum non habeat musculos, qui sibi instrumentum esse queant motus uoluntarij: neq; hoc intestinum taliter sit locatum, quum secundum in ordine habeatur ut per id uentositates ad extra exire ualeant.* Capite *de* Exitu *inuoluntario uentositatis.*

Auicennæ error 2.

Et *non dentur in potu infrigidantia stiptica: & cibi eorum sint sicut* lentes *cum accetositate.* Auicenna *decima tertij, Tractatu quinto, Capite tertio.*

Istum locum abominatur Ioãnes Mathæus de Gradi uir ingenio & eruditione præclarus, lib. quẽ Rhasis nono ad Almansorem Commentarij loco addidit, capite de Pleuræsi. Lentes enim in morbo costali cum acetosis nequaquam conuenire testatur, quòd asperitatem sic faciant, ubi lenitione opus sit: uelut id quoque Hippocrates ostendat, libro morborum acutorum primo, Commento decimooctauo. Vbi propter nullam aliam causam hordeum omnibus granis præponit, quàm quòd multum leniat: quod expreßius loco præfato etiam Galenus innuat, dum cibos ex lentibus in hoc casu ablegandos monet, Serapione succinẽte tract. secundo capite 21. qui facta sanguinis detractione cibos ex iuiubis, sebesten. & passulis offerendos, propter lenitionem fatetur.

Auicennæ error 3.

Et est chronica surditas, quæ est propinqua desperationi. Auicenna quarta tertij, cap. tertio.

Istis Auicennæ scriptis Barptholomeus de monte Gnana, medicus & Chyrurgus eximius, aperto marte contradicit: mordicus enim tenet inueteratam surditatem, bene curabilem, sed longo temporis tractu, maxime fiendis factis per confectionem alkekengi, per Sotiram magnam, & Esdram utraq; descriptione Nicolai, seque istis medijs, ait quendam liberasse fratrem monachum, quem surditas duodecim oppresserat annorum.

Auicennæ error 4.

Ea uerò à quibus est abstinendum, sunt sicut portulaca & aqua Endiniæ, & omnia in quibus est infrigidatio & inspisatio. Auicenna decima tertij, Tractatu 5. capite tertio.

Reluctatur istis Auicennæ assertis Marcus Gatinaria, Ticinẽsis Acadamiæ professor, in re medica ualde doctus in libro suo, quem in nonũ ad Almansorem scripsit, capite de pleuræsi. Dicit enim, aquã Endiniæ non esse tam intensæ frigiditatis, ut in hoc casu proscribenda sit, uelut sputi facilioris impedimentum.

Auicennæ error 5.

Asmatis cura est, ut perueniatur ad finiendum humiditates, quæ sunt in pulmone cum facilitate. Auicenna decima tertij, Tract. 1. cap. 40.

Præfatis item contradicit M. Gatinaria. Nam Auicenna eodem capite pro asmatis cura pulpam collocynthidos & helleborum admittit, quæ nullam aut quàm exiguam facilitatem purgando admittunt.

Auicennæ error 6.

Iabrol est mandragora, & est radix similis formæ hominis. Secundo canone, tractatu secũdo, capite trecentesimo sexagesimo octauo.

Tam impudens non esse mendacium, Plinius scribit, ut teste careat, libro 8. cap. 22. Propter hoc Auic. quoq; contestantẽ in descriptione mãdragoræ habere

necesse est, quem Albertum cognomine Magnum esse liquido patet, dum mandragoram sic hominis figurã referre scribit, ut sexus differentiam ostendat. Cui ut pluris ambo habeãtur, Columella subscribit, Plinius, & ex Græcis Theophrastus libro sexto historiæ Plantarum, capite secundo, cum Pythagora, qui eam propter hoc Antropomorphõ appellauit: licet nihil minus, quàm hominem referat, uelut etiam inter omnes autores conuenit. Dioscorides enim, Galenus & Mõtegnana consilio 208. cap. 6. mandragoram radices habere grandes duas uel tres sibi inuicem implicitas, foris aut in superficie nigras, intus cãdidas scribunt, capitis criniumq; nullam facientes mentionem. Velut agyrtæ fingunt, qui oppidatim ex radice acori, uel ex cannis, ut pluris sua uendant, humanas figuras manu factas, & uitro inclusas mentiuntur.

Auicennæ error 7.

Et oportet ut cicer comedatur, neq; in principio neq; in fine, imò in medio eius. Auicen. can. 2. Tract. 2. capite 132.

Hoc dictum Auicennæ nullam in se rationem habere Sauonerola scribit in lib. suo de Aegritudinibus à capite ad pedes Tract. 2. de rebus non naturalibus, capite de cicere. Rectius enim dixisse principem, is affirmat potuisse, hoc cicer melius esse, quod est medij temporis, respectu antiqui & noui, quàm quòd cicer

comeden-

comedendum dixit: neq; in principio, neq; in fine: potißimum, quando mediæ ætatis cicer & Isac in suis particularibus multum laudarit.

Auicennæ error 8.

Et in medicinis mirabilibus in omnibus speciebus uermium, sunt pili animalis nominati Alcasim. Auicenn. decimasexta tertij, Tract. 5. capite 6.

Manardus Ferranensis, uir sua ætate omnium medicinæ professorum per uniuersam Italiam in Galeni doctrina & Arabum censura grauißimus, tertio lib. epistolarum, prima epistola de alui lumbricis hunc locum dicit mendosum, minimeq; Auicennam debuisse Alcasis pilos ad hanc curam adduxisse: sed pilos animalis Ichneumonos, Paulum allegans, qui in uniuersum omnes à lumbricis ægrotantes Ichneumonos pilis curandos suffitis indicat.

Auicennæ error 9.

Et melius est, ut potu tribuas de semine mandragoræ pōdus quartæ drachmæ unius, & de opio usq; ad medietatem drachmæ integræ, permixtis cum medicamine aromatizato ex musco, xiloaloe crudo, camphora & croco, secundum uirtutem. Auicenn. undecima tertij, Tract. 2. cap. 4.

Arculano isthæc displicent scripta Auicennæ, qui in una dosi triginta oppij grana concesserit, & grana quindecim de semine mandragoræ, cum tamen ipse sc-

pse secundo canone, cap. 529. dosim oppij duos saltem danich, hoc est, sedecim grana limitat, & semper minus eleuatum in gradu maius in dosi esse debeat, potißimum in his, in quorum exhibitione magnus est timor. Arculanus in cura tremoris cordis, Capite septuagesimo sexto.

Auicennæ error 10.

Viperæ quidẽ sunt serpentes, capita habentes plana, quæ sunt lata, proprie ad propinquitatem colli, minuti, & subtiles ualde: quorum caudæ sunt curtæ strepitum facientes & sonitum in incessu. Auicenna lib. 5. summa 1. cap. de trociscis de uiperis.

Nicolaus Leonicenus Oratorum omnium suæ ætatis elegantißimus, hoc loco Auicẽnam errasse probat, idq; Galeni concentu affirmat, qui in libro suo de theriaca ad Pisonem, sic ait: Porro erunt animalia in hãc tyriacalem confectionem idonea, uiperas intelligens, colore subflaua, admodũ robusta, collo ualde prominenti, oculis subrubentibus, inuerecundis, ferinum cernentibus, capite latiore, corpore & uentre craßiora, meatũ ad extrema magis caudæ, quæ non inuoluta est: sed potius conuersa, incessu, quieti proximo. Quisq́ue hic Leonicenus ait, uerba Galeni non conuenire cum Auicennæ scriptis, ni stupidus sit, facile intelliget?

Auicennæ error 11.

Et istis

Et istis trociscis quidem non conueniunt omnes uiperæ, imò flauæ, & de flauis fœminæ. Et earum signũ est, quod masculi in omni latere habent unum dẽtem & fœminæ plures uno. Auicen. loco præallegato.

Ibi Leonicenus quoq; signum, quo Auicenna marem distinguit à fœmina in eodem genere uiperarum, non esse idem omnino docet, cum eo quod à Galeno ponitur. Galenus siquidem ait, caninos dentes plures esse duobus in fœmina, in mari autem duos tantum: Testemq; Nicãdrum nulla exceptione diginum infert, qui eleganti carmine Galenica roborat, hoc modo:

Mas gemminis notus uirus ructare caninis
Dentibus, hijs autem fert fœmina plures.

Auicenna simpliciter dẽtem, ex omni latere unum natura masculo attributum esse narrat, & fœminæ plures, nullam prorsus caninorum faciens mentionem, sicut Galenus.

Auicennæ error 12.

Cum cutis serpentis in uino decoquitur & stillatur, in aurem sedat dolorem eius, & colluitur os ex aceto, in quo cutis eius decoquitur ad dolorem dentis. Auicenna canone secundo, Tractatu secundo, capite sexcentesimo, decimosexto.

Leonicenus non acetum posuisse, sed uinum cum mella

melle & fœnugræco Auicennam debuisse putat: sic enim Pauli medicamentum habet, quem in multis, Manardo teste, Auicenna sequutus est. Medicamentũ Pauli libro habetur, quarto capite trigesimo tertio de strumis.

Auicennę error 13.

Sumatur serpens mortuus, & proijciatur in uas lutatum, luto sapientiæ, & dimittatur in furno. Auicen. tertia quarti Tract. 2. cap. 10.

Hoc medicamentum ex Paulo Auicennam mutuasse similiter Leonicenus habet: sed errore ductum Auicennam testatur, quando uas lutandum sapientiæ luto haud aliter suasit, ac si gipsum, quod Paulus habet unum sit cum luto sapientiæ: quæ tamen inuicem tantum distent, quantum anemona à rosis differat.

Auicennę error 14.

Napellus quidẽ est uenenum perniciosum, destruens bibentem se. Auicenna secundo canone, cap. 503.

Simphorianus Campegius contrarietatis hoc loco Auicennam damnat, ut qui Napellum uenenũ perniciosum dixerit, destruens bibentem se. Et mox oblitus eorum quæ scripserit eodem capite, hunc bibendũ contra albatas linitum & bibitum. Id quod nostræ ætatis herbularij Napellũ dicunt, Græcis Latinisq; aconitum nominatur, omnium uenenorum, Plinio teste lib. 27. cap. 11. & Galeno ad Paternia cap. 20. ocissimum.

ſimum. Dioſcorides lib. 71. cantheras interimere docet, ſues, lupos, & omnes beſtias, ſi in cibo ſumatur. Nullus ergo, Simphorianus inquit, unquam præter Auicennam napellum in potu propinandum audiuit. De hac re multa Fuchſius.

Auicennæ error 15.

Succus radicis pentaphilonis eſt medicina pernicioſa. Auicenna ſecundo canone, Cap. 550.

Et eundem Auicennam Campeius erraſſe optimorum autorum ſuffragijs conuincit. Dioſcòridem enim ſcripſiſſe dicit, quarto libro cap. 39. ſuccum ex radice pentaphilonis ad iecoris pulmonisq; uitia multum cõferre, & ad propellenda uenena neceſſarium. Item Apuleium Madaurenſem cap. 11. de herbarum uirtutibus quinq; folium herbàm aduerſus ſerpẽtis morſum contritam propinandam.

Auicennæ error 16.

Quod de arthanita miniſtratur, eſt radix eius, & eſt Bůchermarien. Auicenna ſecundo canon. cap. 62.

Ioannes Mathæus de Gradi & Iacobus de Manlijs Alexandrinus in hoc Auicẽnam obelo notandum docent, quod arthanitam & Bůchermarien loco præallegato unum ſimplex ſcribit, quæ duo ſunt inuicem ſeparata: & ſic Auicennam ſuo telo iugulant, duo probantes eſſe ex ſcriptis, quæ habet decima ſexta tertij Tract. 4. cap. 4. in hæc uerba: Et fortius hoc eſt, ut ſumantur

mantur grana alzebran, folia almezereon, cordumeni excorticatum, Bůchermarien & arthanita. Et Rhases duo esse similiter testatur, quando in nono ad Almansorē 4. cap. enema describit Apopleticis, oregmone laborantibus infundendum, quod sic habet: Recipe collocinthidos, bůchermarien, centaureæ minoris, arthanitæ, hellebori albi ana manipulum unum, quæ coquantur omnia, & fiat enema.

Auicennæ error 17.

Medicinæ cordiales calidæ sunt doronigi, zedoaria, muscus, ambra, seta crocus, ben quod est uelocis iuuamenti gariofili, qui sunt mirabiles xiloaloes, melissa, acetosa & semen eius, & folia citri, & folia Indi. Auic. undecima tertij, Tract. 1. cap. 6.

Marcus Gatinaria in libro de Curis ægritudinum particularium, capite de tremore cordis huic Auicennæ loco transuerso calamo signum, propterea adponit, quia capite præallegato acetosam medicinis cordialibus calidis adponit: quam non calidam esse uel suo uel aliorum calculo nouimus. Scribit enim secundo canone, Tract. 2. Cap. 54. hanc frigidā esse in primo & siccam in secundo, quod item Aegineta facit & alij.

Auicennę error 18.

Et eodem modo Gatinaria sibi contrarium eūdem Auicennam docet, in eo quòd decima sexta tertij, Tra-

ctatu quarto cap. de colica in generali. Ius galli ueteris calidum potentia scribit, & denuo canone eodem, cap. de cura colicæ Fecali, hoc lubrificatiuum frigidum dicit.

Auicennæ error 19.

Spodium est radix cannarum adusta. Auicenna secnndo Canone, cap. 617.

Siluaticus Auicennam Serapionis couincit telo. Is enim sic habet. Spodium nequaquam cannarum est radix, sed fuligo est, quæ in domibus inuenitur, ubi metalla funduntur quæ postquam ceciderit spodium dicitur, cohærens uerò tecto Pomfiligos, Siluaticus pro eo combusto ebore utendum præcipit.

Auicennæ error 20.

Et permixtio aloes cum melle minuit uirtutem eius adeo, ut forsitan non soluat attrahendo Auic. canone secundo cap. 66.

Auicennæ obloquitur totum ferme selectißimorum medicorum collegium. Nam melli uinctam aloen plus subducere aluum testantur quam aloe sola poßit. Dioscorides sic habet libro secundo capite 74. Aloe cum resicra aqua úe aut cocto melle excepta aluum soluit. Et Plinius lib. 27. cap. 4. Deuorantur pillulæ cum mellis decocto aut therebinthina resina ad purganda inteuora. Mel per se reddere aluum Fluidam complures testantur Maxime tamen Hippocrates in libro de morbis qui extra. Item Galenus

lenus tertio alimentor. Serapio in suo aggregat, libro cap. 195. ac Dioscorides lib. præfato. Qui igitur fieret ut tale additum tali quòd non magis tale euaderet: sicut Auicenna scribit.

Hippocratis error.

Generatur ex luteo ouis auis, nutrimentum autem album habet quod in ouo est Hippoc. in libro de natu: pueri.

Hic errasse Hippocratem Cornelius Agrippa in suo de natiuitate scientiarũ libro ex Aristotele probat, qui dicit in libro de Generatione animalium originem pulli in albumine esse, & cibum per umbilicum ex luteo recipi. Cui sententiæ Cornelius Plinium iungit qui eandem cecinit cantilenam, quando libro 10. scribit cap. 53. in hæc uerba. Ipsum animal ex albo liquore oui incorparatur cibus autem ex luteo.

Alex Bened. error.

Bine ab oris faucibus cannaliculæ coeunt quarũ altera breuior, interiorque est τράχειαν ἀρτηρίαν Græci, Latini guttur & spiritalem fistulam appellant. Altera uero longior exteriorque οἰσοφάγον Græci, stomacchum Latini, gulam, & cibalem fistulam, uocant. Alexander libro tertio anaco mices cap. 8.

Manifestißimus hoc loco committitur error. Nã gulam qua cibus & potus deglutiuntur, uiam interiorem,

riorem, & tracheam arteriam exteriorem in uiuo homine, uel citra omnem dissectionem notare possumus. Taceam quod Aristoteles quoq; huic reluctatur Alexandri opinioni libro primo de animalium serie duodecimo capite, & tertio animalium tertio capite. Item Cornel. Celsus libro quarto capite 1.

Cornelij Celsi error.

Solet autem ex eo uulnere ubi parum occursum est, aquæ rumor nasci hydrophlogos Græci appellant miserrimum genus morbi, Cornel. lib 5 cap. 28 de curatione aduersus morsum rabiosi canis.

Ex medicorum scriptis manifestißimum est, Philippus Beroaltus Benoniensis rhethorum oratorũque sui seculi facile princeps, inquit, in nono super Apuleiũ de aureo asino ex canis morsu rabiosi nullum aquæ tumorem inflammatum quem Græci hydrophlogos dicunt oriri. Sed aquæ timorem hydrophobos dictum. Et sic Cornelium noluisse mordicus loco præfato affirmat.

Mesue error.

Et neque quia simile attractiuum huius, uel eradicatiuum, aut contrarium sed quia tale. Mesue canonum uniuersalium capite primo de electione medicinarum.

Ioannes Manardus uir eximius istis Mesue scriptis Marte aperto reluctatur, pro urbina Hippocratis asserta, pro machera Galeni scripta in manus

ſumens, Hippocrates ſic habet in libro de natura humana. Cum pharmarum corpus intrarit, primo in id quod omnium maxime ſibi ſecundum naturã cognatum atq; ſimile eſt, agit. Et reliqua trahit & purgat. Quemadmodum ſtirpes & ſemina terram ingreſſæ ſibi quod ex ipſarum natura eſt trahunt, uel acre, uel amarum, uel dulce, uel ſalſum, uel aliud, quid diuerſum. Inprimisq; ex eo plurimum quod ſibi naturali propinquitate maxime coniunctum eſt, accipiendo. tum cætera deinceps attrahendo. Sed Galenus tertio de ſimplici medicina capite quarto ita ſcribit. Inter unamquamq; medicinarum ſoluentium & inter unum quemq; hominem proculdubio eſt ſimilitudo, ſed fortius aliquo modo medicamen humore exiſtit. Et propterea trahit & nõ trahitur. Quemadmodum magnes lapis ſimilis eſt ferro, at quia fortior, ob id ferrum attrahit, nec ferrum attrahit ipſum.

Meſue error.

Aqua lactis calida eſt ſicca in primo uſq; ad ſecnndum in libro ſuo ſimplicium.

Hinc Meſue ſcriptis Aloiſius Mundanella Galenum opponit qui ſimplicium quarto libro lactis aquam Frigidam & humidam ſcribit.

Plinij error.

Lepus omnium prædæ naſcens ſolus præter daſipodem ſuper fœtat. Plin. lib. 8. cap. 55.

Emendat

Emendat hunc Plinij locum Nicolaus Beraldus uir de literis bene meritis quando scribit, in A. Politiani rusticum, dicens, Plinium leporem & dasypodem diuersa animalia fecisse, cum una sit atq; eadem species. Id ex Theodoro probans qui leporem dasypodem ubiq; ex Aristotele uerterit.

Iacobi de partibns error.

Vena quæ est inter Pollicem & Indicem, medetur doloribus capitis & oculorum, in summula sua.

Huic sermoni uel ad rauim obloquuntur Ioannes Mattheus de Gradi nono ad Almansorem capite de cephalea & Marcus Gatinaria in capite de opthalmia, dicentes, non esse cephalicam, & ex consequenti non habere talem respectum ad caput ut Iacobus de partibus asserat. Sed ramun esse uenæ communis interq; hanc & illam non esse differentiam nisi in magis diuertendo cum sit magis remota. Et faciunt istud ambo Gentilis autoritate freti, qui scribit in tertia tertij capite de opthalmia quod ramus iste non sit ramus cephalicæ, sed uenæ nigræ, Quoniã, inquit omnis ramus innarũ manus aut úe sit Basilicæ aut communis uenæ ramus, uelut id notari poßit ex Auicennæ prima primi in sectione uenarum manuum & quarta primi cap. 22.

Alberti Magni error.

Echinum & Echineidem unam esse speciem Al-

bertus dixit cognomento Magnus in animalium historia.

Vbi Hermolaus Barbatus diuersissimas esse dixit, & Echeneidem remoram esse docuit. Donati adiutus suffragio & Plinij, sic dictum quod naues adhærens remoretur, sed Echinum inter Erinaceos numerat, animalq́; esse dicit calice aculeato, castaneæ instar tectum cui spinæ pro pedibus adsint.

Albert. error 29.

Gallinæ ab imperatore Adriano Adrianæ dictæ quottidiæ pariunt oua in sua animalium historia.

Albertus Aristotelis simia has gallinas ab Adriano imperatore magno errore ductus Adrianas dictas non erubuit asserere, Beroaltus inquit, quas ab Adria ciuitate nominatas constet, & non ab imperatore qui longissimo interuallo post Aristotelē imò post Plinium Romæ imperarit.

Galeoti Narniensis error.

Polypus nasi morbus est. In narib. enim caro corrupta radices agit plurimas, quæ tāquā pedes sunt, & hinc nomen excepit. Nam Polypus piscis est quē Latini remoram uocant Galeotus libro de homine cap. de naribus.

Galeoti hāc de Polypo definitionem Merula expungit Aeginetæ & Cornelij Celsi adiutus autoritatibus. Primus enim sic habet Polypus rumor est præter naturam in naribus consistens à similitudine Polypi

lypi marini nominatus. Secundus uerò sic, Polypus carunculaest modo alba, modo subrubra, quæ narium oßi inhæret, & modo ad labra pēdens natem implet, modo retro per id foramē quo spiritus à naribus ad fauces descendit adeo increscit, uti post uuam conspici poßit, strangulatque hominem maxime Austro uel Euro flante, fereq; mollis est, & raro dura, spiritum impedit, & nares dilatat lib. 6. capite 8. Ex quibus omnibus. Merula inquit, definitionem Galeoti cassandam esse constet.

Galeoti error. 29

In medio ferè frontis uena quædam recta est, quā percuti, ut sanguis effluat in delitio medici iubent. Nam si freneticus sanguinis detractiōe opus habet, periculosum est brachium manumúe incidere, ne delirus uenæ ligamētum turbet ac intercidat, sibiq; ipsi mortis causam afferat, ideoq; Iuuenalis ut omnino insanum ostenderet sic dixisse Galeotus ait,

O' medici mediam læso pertundite uenam

Galeotus lib. 1. cap. de hominis capite.

Propter isthæc Georgius Merula, scribit. Et uult Galeotum hoc loco magis insanire quam Iuuenalis Vrsidium, cui non frontis uenā, sed brachij ad phrenesim tollendam uulnerari iubebat, quādo nulla in fronte sit uena in furore ferienda, aut quæ media dicatur, imò peritißimi medici in brachio eam dicant esse, quæ quod hepati & cerebro sanando commu-

nis

nis sit media dicatur. Nam curandis insanis uincula desinit, inquit, & custodes qui eos seruent, manusq; cõstringãt: aut nõ æque facile ligamẽta frõtis ac brachij aut manus dissoluere ac abijcere furens ualet.

Galeoti error 39.

Licet Pterigium etiam de alijs dicatur. Nam caro superflua ungues digitosque crescendo operiens hoc nomine appellatur, sic Galeotus Narmensis in libro suo de homine cap. 1. de oculis.

Diffamat hũc locum item Merula Alexandrinus uir utrisq; linguæ adamußim eruditus. Cornelij Celsi adducens placita qui libro sexto cap. 19. sic scribit In digitis recedere ab ungue caruncula cum maximo dolore conseuit Pterigion Græci appellant, Vbi carunculã discedere ab ungue, non crescendo operire Cornelius contra Galeoti asserta docet.

FINIS.

BASILAEE,

EX OFFICINA HENRICPETRINA. ANNO, M. D. LXVIII.

ΠΑΝΤΟ-ΠΩΛΙΟΝ OSTEN-DENS CONTRA QVORVN-

dam philosophorum opiniones quis uerus deus: unde quisque Gentiliũ deorum enatus, ex quibus humani corporis fabrica constet, quæ humorum qualitates, quibus horis quilibet eorũ dominetur, quos habeant sapores, quæ sint anni partes, quales hominis & quot complexiones, qualiter omnibus morbis homini contingentibus obuiandum, & alia multa, quæ uersa pagella leguntur:

VNA CVM ECCLESIAE *Catholicæ ad* CHRISTVM *sponsum suum Trenodia, & de numi monarchatu carmine, ac alijs perquam multis eodem autore conscriptis.*

ADIECTI SVNT PRAETEREA *eiusdem autoris tres dialogi, quorum primus de ira refrenanda est, secundus ueræ nobilitatis ostendit rationem, & tertius ebrietatis turpitudinem indicat.*

BASILEAE.

Reuerendo in CHRISTO PATRI, AC Domino, domino Danieli, diuina fauente clementia archimandritæ monasterij S. Petri Hercineæ siluæ, Domino suo Georgius Pictorius Vilinganus Doctor medicus, & apud Archiducalem curiam Ensishemij archiater.

S. D.

ETSI rara admodum & breuis tecum mihi intercesserit uel consuetudo uel familiaritas, Reuerende pater, nosque inuicem lõga separet itineris intercapedo, facit tamen & nominis tui candor, & fama præcellens, qua uno ore te religiosorum sciẽtissimum & sciẽtum religiosissimum prædicant, ut ad frontem condescẽdens urbanam ad te musas meas, etiam rudes mittere ausim. Miraberis tamen, non dubito, me nunc depontanum, & rudiariũ quasi, propter grandiusculam ætatem, hos poeticos ludos humi ferme serpentes in manus sũpsisse, quẽ multo grauiora tentasse consentaneũ fuerat,

rat. Vbi cogites uelim, idem me facere quod Athletæ solent. Namq; uelut isti, postquam corpus summo labore defatigarunt, sese quieti & otio dedunt, ut ad futurum laborē robustiores uegetioresq; euadant sic & ego in male habentium palestra defatigatus, uires & corporis & animi recipiendū, in Adonidis hortulos serijs & arduis relictis secedo cū Musis iocularia tractās, & aliquid scribens, ne otio futili mentis uigor penitus contabescat, sed denuo alacrior paratiorq; ad medicas præparetur molestias. Sic ergo trifariam motus. Reuerende pater, hæc mea scripta hoc est, ΓΑΝΤΟΓΩΛΙΝ meum in quo omnia etiam gallinatium lac, uenum prostāt, tuæ dominationi trasmitto, offero, dedico, & uelut numini meo tholis tuis suspendo. Primo ut tecum, si dignus uideor, amicitiæ partē talem assequar qualem cum mihi charissimo, tuo præcessore, felicis memoriæ quondā habueram: hinc ut dominationē tuam in hac dignitate nouella hisce meis salutē & ut amici est fideliter excipiā, ac denuo ut Herculem quendam istis adponam, qui fortitudinis claua Hydræ morsus ac liuidulorū reflatus & reprimat, & ex toto confundat, tu saltem cura rogamus ut animi mei propensitatem atq; optimam uoluntatem,

tatem, quam pro officio haberi par est, ad id omne perficiēdū, quod gratum atq; acceptū tibi futurū existimem, perpēde, atq; hæc qualia qualia sunt lætiore fronte accipe, uoluens animo & dijs quādoq; exigua placuisse, uel ut Iulius Pollux de Hercule scribit. Cui quum rustici quidam bouē essent imolaturi, atq; is rupto fune profugisset, nec presto erat, quod sacrificarent, malum arreptum, suppositis quatuor ramis crurium uice, deinde additis alteris duob. cornuum loco, bouem utcumq; sint imitati, & hoc ridendum simulacrum pro uictima sacrificarint, quam magni fecerit Hercules, & maioris quàm si uerum & aureū bouē essent immolati. Vale Reuerende antistes & hæc carthacea aureum bouem simula, atq; Pictorium tui præcessoris instar aura Vale Mecœnas ter maxime

Datæ Ensishemij Anno repartæ salutis sesquimillesimo, sexagesimo septimo die Mensis.

HYPOTHESIS PANTOPOLII totius.

QVis Christianis uerus deus 145
Deorum gentilium genealogiæ 146
Ex quibus hominis fabrica constet 150
Quæ humorum qualitates 151
Quibus horis quilibet humorum dominetur 152
Qui humorum sapores 152
Quæ sint anni partes 153
Quales & quot hominis complexiones 154
De proprietat. complex. æqualis 154
De proprietat. complex. sanguineæ 155
De proprietat. complex. phleg. 155
De proprietat. comp. cholericæ 156
De propriet, comp. melanch. 156
Quæ in homine pro sanit. emissa 156
De crinibus humani capitis 157
De omnibus morbis & eorum cura 157
Ζοωτροφεῖον seu leporarium 169
Ορνιθών habens uolatilium proprietates 193
Ἰχθυοτροφεῖον de uarijs piscium generibus 203
Λέρνη κακῶν serpentes describens 210
Βοτανολογία de uarijs herbis sermo 214
De herba quadam quæ dicitur mulier rixosa 221
De radicum potentijs 224
De seminum uirtute 225

De

De leguminibus 227
De secundis mensis 229
Miropolij contenta 232
Oenopolion quæ habet 235
Omnium metallorum descriptiones 238
Quæ dactylotheca continet 247
De lapide molari 261
De lapide cote 262
Ecclesiæ catholicæ trenodia 265
De numi monarchatu carmen 272
Carmen maledicum in quandam Vrsulam 276
In quendam Vtopiensem autorem carmen 278
Epitaphium D. Ioannis ab Andlau equitis aurati fol. 280
Epitaphium cuiusdam deperditi militis aurati, folio 280
Epitaphia clariß. iurisconsul. Claudij Cantiunculæ fol. 281
De auri & argent. dominio 282
In obitum clariß. uiri Balthaß. Stumpij 283
De amoris dominio 284
De quodam monacho uentroso 285
Carmen monitorium ad librum suum 285
Monitorium ad librum suum consolationum 286
Trenodia in obitum magistri Ioannis Bielschmid fol. 287

De cura uxoris moecchæ 288
Ad librum suum Epycliliciarum quæstionum 290
Epicedium ad funus domini Nicolai ab Rosberg. fol. 291
Paranoesis ad clarißimum uirum dominum Wernherum Maier 292
Epitaphium clarißimi doctoris Petri Neseri folio 293
Ad rusticos, qui musas contemnunt 293
In quendam auarum 294
Trenodia in obitum Reuerendi patris 295
Balthasaris Werlini trilinguis 295
Carmen ad Generosum comitem ab Helfenstain, folio 296
Dialogus de ira refrenanda 299
Dialogus de uera & uirtuosa nobilitate 307
De ebrietate Dialogus 74

QVOD

QVOD ALIQVIBVS DIVERSAE SINT OPINIONES de uero Deo: Et quis Christianis Deus uerus haben-dus.

NON bene conueniunt Deus en quis ritè colendus
Gentes, seu uerus quis Deus esse queat.
Namq; Deum rectum quàm pura mente colendum Thales de Deo.
Lympham Thaletis Philosophia tenet.
Aeris ast numen dominumq; Deum fatetur,
Ob uarias causas doctus Anaximenes. Anaximenis opinio.
Sed quia naturæ gratus calor esse probatur,
Chrisippus flammas dixerat esse deum. Chrisippus quid.
Alcinous Solem, Lunam, Stellasq; micantes,
Et Cœlum, æternum credidit esse patrem. Alcinous.
Terram confusam ratus Theodontius autem Theodontius de deo.
Singula posse quidem, uel sine fine deum.
Quidam testâtur Demogorgona certè parentem, Demogorgon deus.
Rerum cunctarum relligione sua.
Ast quicumq; cupit cœlestia regna uidere,
Dictorum flocci singula scripta facit.
Et studiose colit, uel tres ueneratur in uno, Christianis quis uerus Deus.
Inq; tribus solum prædicat esse Deum.
Quem dominũ sine fine quidem, medioq; carẽtem,

Et ſine principio quem coluiſſe par eſt,
Quem genus humanum laudat, ſolumq́; fatetur,
Quemq́; deum radians cantat uterq; polus.
Qui filium in terras miſit de uirginis aluo
Sydereæ reſeret quod modò clauſtra domus.
Horrificum cœli qui tollat in orbe tribunal,
Aſpera iudicij quando erit illa dies.

De dijs Gentilium.

Quos gentes coluiſſe patet numerabimus iſthuc
Horrendos, putres, monſtrificosq́; deos.
Hic dum litigium mundi genuiſſe grauamen
Fertur, & hic matres contaminaſſe bonas.
Vt quiſquis ſibi perpendat quod ſingula uana
Gentilium fuerint, irrita quod que nimis.

De primo Gentilium deo.

Demorg. primus gentiliũ Deus.

Gentilium primus Demorgona dicitur eſſe
Maieſtate deus, magnus & ipſe potens.
Quem genuiſſe ferunt tres p.rcas, Litigiumq́;,
Ex Tellure dea, candidulumq́; Polum.

De Ioue deorum patre.

Iuppiter adulter

Iuppiter Satyrus.

Perſpicere inde datur quã ſit modo turpis adulter,
Iupiter, uxorum contaminator idem.
Namq; is in ſpecie Satyri Nicteida ludens,
Antiopen gignit, Amphionem ipſa creat.
A Ioue ſub forma deluditur Amphitrionis
Vxor, & inde parens Herculis ipſa datur.

Ex

Ex Ioue Iuno parit Vulcanum, cui generator,
Cacus flammiuomus, Latro superbus item.
Nupta Ioui: Bacchum Semele Cadmeia gignit,
Fœmore quemq; fouit Iuppiter ipse suo.
Iuppiter Europam delusit imagine tauri,
Ex qua produxit Sarpedonam filium,
Iuppiter Anthiopen grauidam facit & generatur,
Zetus & Amphion nobilis ecce Lyra.
Tres Charites peperit Venus ex Ioue candida Cypri,
Virgineo uultu, pexis item manibus.
De cerebro Iouis est Pallas sine matre creata,
Inuentrix olei militiæq; dea.
Mnemnosinas dicunt mira uirtute creatas,
Ex Ioue, Thespiades quas uocitare solent,
Acrisius Danaen creat, hanc sed aureus imber
Compluit, hincq; parit Peosea falce trucem.
A Ioue sub specie cygui Lede uiciatur,
Pollux hinc Castor sydera clara poli.

Iuppiter ex sorore Vulcanum. Iuppit. Bacchum fouit. Iuppit. taurus. Iuppit. Lici uxorem uiciat. Charites unde. Pallas ex cerebro Iouis. Thespiades ex Ioue. Iuppiter imber. Iuppiter cygnus.

De Saturno Iouis patre.

Ops, Rhea, uel Cybele Saturno nupsit & inde,
Iuppiter astra tenens, aera Iuno dea.
Neptunus fretum, rigidus sed tartara Pluto,
Vsta ignes, frugum sed dea iam segetes.

Saturni proles.

De Marte.

Ilia Vestalis uim Martis passa gemellos
Edidit, & dicti Romulus atq; Remus.

De Iunone Martis parente.

Iuno concipit odore floris.

Iuno deum belli Martem de flore creauit,
Persephonem Martem progenuisse palàm est.

De Venere.

Venus ex spuma maris.

Testes Saturni Iouiali falce resecti,
In mare proiecti te Venus alma creant.

De Proserpina.

Proserpina unde.

Concubitu Iouis & Cereris Proserpina nata est,
Quæ tibi Pluto datur fœdere perpetuo.

De Neptuno maris deo.

Neptunus gignit Cyclopas & Polyphemum,
Vncis Harpias unguibus & uolucres.

Harpyæ quæ.

Ellon, occipiten, nigroq; colore Celenon,
Virginei uultus, pallida monstra nimis.

Cygnus in uolucrem.

Neptunus Cygni patêr est ab Achille perempti,
Inuolucrem uersi nominis ecce sui.
Neptunus creat Eurialem, si uera fatemur,
Quæ fretum siccis transierat pedibus.

De filio Mercurij.

Antilochus in accipitrem.

Alipedis de stirpe dei furtum ingeniosus
Omne ad, Antilochus uersus in accipitrem.

De Protheo deo.

Protheus omnicolor.

Protheus omnicolor fertur genuisse Melanthen,
Quam modò Neptunum contaminasse palā est.

De Titane deo.

Gygantes qui.

Titan Vrani frater Gygantea monstra
Fertur ex terra progenuisse dea.

Busi-

Busirim, Enceladum, Iouiali fulmine tactos
Iapetum, Pheliam monstra superba satis.
Titanos noctem tenebrosam carmina gnatam
Ex Herebo nigro fingere quippe solent.

De Phorceo.

Phorceus monstra quidem genuit deus ecce marinus,
Gorgonides uocitat tota poesis ea. Gorgonides.

De Acherontis filio.

Proditor Ascalapus fuit ex Acheronte creatus,
Per ornes nymphæ concubitus faciles.

De Stige Acheron. filio.

De Stige quā peperit Nox ex Acherōte profundo, Fluuij infernales qui.
Cocitus, Lethes cum phlegetonte uenit.

De Nerea deo.

Nerea Tritonem cuius tuba mitigat undas,
Gignit, pastorem Prothenoremq; maris. Nereus pastor Phocarum.

De Hipperione.

Hipperion proles Titanos fertur, & ipsum
Solem cum Luna progenuisse patet.

De Eolo Ventorum deo.

Ventorum dominus ex se producere fertur
Et Athamam, Sisiphum uoluere saxa scium. Sisiphus Eoli filius.

De Homine post deum proximus locus.

Diuinum Trimegistus ait doctißimus autor
Esse hominem, sanctum miraculumq; Dei. Homo miraculum.

Rectè igitur, cum digna dei nunc mentio facta est,
Ad hominem diuum transitus alter erit.

Homo ex quibus, & in quem usum.

Homo alter mundus.

Alter mundus homo est rerum quem conditor ipse,
Semine quadruplici condidit ecce deus.
Illi nam fomes uiuendi est additus ingens,
Ignis edax, aer, lymphula, tellus iners.

Homo ex elementis.

Hoc est citrinus, rubeus, candensq;, nigellus
Humor, qui uarios continet usq; locos.

Quilibet humor proprium locũ.

Flaua etenim bilis iecur occupat, altera splenem,
Cor sanguen nutrit, phlegmata crassa caput.
Sic igitur formatus homo est compagine rerum
Mira, qui uultus tendat in astra suos.

Homo cunctis prodest.

Et prosit cunctis terræ uiuentibus, & quem
Ponti formident, aeris & pecora.
Sit animal rarum uerbo quod conditor ipse,
Stellati saltem, condidit ecce poli.
Quodq; à cœlesti demissum sustulit arce
Sensum, cunctarum quod queat esse solers.

Homo medicus.

Vt etiam medicas in se diuinitus artes
Contineat, præbens pharmaca tuta satis

Dens suspẽsi.

Dens etenim paßi pro furtis dira capistra
Collo suspensus dentibus auditum est.
Atq; hominis stercus calida apostemata curat,

Stercus panaritium curat.

In digitis, multum putrida mundificat.
Etq; canis rabidi furiosos pellere morsus,

dici-

Dicitur urina hæc quam modo reddit homo,
Sanguine si faciem modico irroraueris ipsam,
Gratus eris multum regibus ecce tuis.

Vrina morsum canis.
Sanguis facit acceptū.

De quatuor Humorum ex quibus hominis fabrica constituitur qualitatibus.

Flaua quidem bilis sicca est & igneus humor,
Phlegmata sed algent, humida suntq; satis.
Et rosei latices hument calidiq; fatentur,
Atra autem friget, siccat itemq; nimis.

Quatuor humores quas qualitates.

De illorum humorum saporibus.


Horum quisq; tenet proprium sibi certè saporem
Amarum quoniam cerula bilis habet.
Salsum phlegma, eruor sed dulcia quæq; figurat,
Bilis acetosum fuscida certè sapit.

Qui humorū sapores.


Quis illorum humorum quauis hora dominetur.

A nona noctis donec sit tertia lucis,
Est dominans sanguis corporis ecce decor.
Sex quæ post ueniunt horæ (mihi credito) lucis,
Totas in regno cerula bilis habet,
Hinc capit imperium nigra fuscedine bilis
Altera, quo usq; habens tertia noctis adest.
Post hæc phlegma uenit donec sit nona quietis,
Sic cursum humores continuasse solent.

Vt facilius intelligantur isti uersus de horarum dominio, iconem pono.



Ico quatuor anni partes cum suis qualitatibus & Zodiaci signis ostendens.



Nunc age solaris sunt partes quatuor anni,
Corpus quæ regunt cum ratione bona.
Ver, æstas, autumnus huius cui credito lector,
Zodiaci quæ uis sed tria signa tenet.
Ver nam quod sanguen calido imitatur erudo,
Arietem taurum, uel geminos retinet.
Aestas quæ calida & sicca est, cancrumq́; leonem,
Virgine cum peragrans, fellea quæq; sapit.
Frigida cum siccis autumus tempora miscet.
Sese conformans fuscida cum cholera.
Sunt illi bilanx & Scorpius atq; sagitta,
Propria quæ cursum partis huius retinent.
Pituitam producit hiems quæ fuget & humet,
Complectens pi[illegible]s, αἰγόκερον, Quarium.

DE QVINQVE HOMINIS complexionibus.

De cōplex: temperata.

In fabrica hominis regnat complexio, credas,
Quinq; modis humor quod facit hic dominans:
Aequalis namq́; est, si sit complexio pura,
Ab omni excessu, temperiemue tenens.
Quæ retinet corpus non longum sed mediocre,
Aspectu gratum, carmositate decens:
Arterias uenas mediocres, mente uigorem,
Hæc tenet, atq; sapit singula ualde cito.

De pro-

De proprietatibus complexionis sanguineæ.

Ast si domineo superet si sanguinis ardor
Carnosum fortem, pulcherrimumque facit.
In uenis latum, maxillis certe uenustis
Pulsum sublongo, candidulaq; cute.
In somno tractat multum que sanguine tincta — *Sanguineus rubea somniat.*
Fert planos crines, audaciaq; ualet
Quæ didicit retinet, multum uerecundus habetur
Musicus & blandus, Pamphilus atq; pius
Largus, non quærens uindictam, certe benignus — *Est Veneris potens.*
Huic fauet atq; Venus, Bacchicus atq; liquor.

De proprietatibus complexionis phlegmaticæ

At qui pituita uel aquoso phlegmate abundat
Ingenio tardum dicere iure potes
Paucos, non crispos, molles habet ipse capillos
Raro sitit, somnum continuasse studet
Somniat usq; niues, nimbos, piscesq; natantes — *Phlegmat niues somniat.*
Vndosum pulsum continet iste quoq;.
Os madidum tenet & sputo copiosus habetur
Atq; parum sentit pituitosq; iners
Est timidus, gazas cupit accumulare nocentes, — *Parũ in coitu ualet.*
Sed usum refugit, nec ualet in coitu.

De complexionis cholericæ proprietatibus.

Ira, furor, rixæ, notant quos cerula bilis,
Poßidet, & tractant Martia tela citi.
Hæc eadem corpus macrū facit atq; procerum
Pectore cum lato, citrinitate micans.
Venulis est strictis, sensusq; habet ipse malignos
Rufi sunt crines, crispitulumq; caput
Vndiq; chirratum est corpus, sunt somnia dira
Nunc uolat, aut Martis bellica tela parat.
Multa bibit, multum uigilat, multum cupit actus
Sprimigenæ Veneris, tardus ad actoris est

Cholericus rixosa somniat.

Veneris tardus est.

De proprietatibus melancholicæ complexionis.

Altera sed bilis macrum, durumq; poposcit,
Qui digerat parum, commedat atq; minus.
Cui color atq; cutis fuscus, sunt somnia nigras,
Et cui cæsaries pendula rara simul.
Venæ illi existunt profundæ in corpore tectæ,
Pulsus per rarus, perfuliaq; scius.
Plus uigilat, tristis, timidus, quæ tenax, & auarus,
Appetit & luxum, sed facit iste parum.

Melāchol. nigra somniat.

Luxum appetit sed parum potest

Quæ in homine pro sanitate emissacula.

Euacuant uiris sordes, hæc omnia pellunt
Vt ualeant sani continuare dies

Sudor,

Sudor, sputa, aures, aluus, uesica, Venusq;
Et uomitus, oculi, nasus & ipse pilus.
Nuribus adduntur super hæc tria monstrua, uel lac
Et pori, atq; cutis singula quippe iuuant.

Quæ in homine sint emissacula.

Mulierum emissacula.

De crinibus humani capitis.

Dic mihi cur Crispos habeat sic ille capillos,
Nunc pectit Planos alter & ipse suos.
Hic pectit Planos, huic si super humor abundat
Si colera uincit crispat & ipsa pilos,
Siccum si caput est fit turpe & inutile multis.
Caluicium, flauos cerula bilis habet.

Caluinum unde.

De morbis qui homini obueniunt, eorundemq; remedijs.

DE ALOPETIA.

Est morbi horrendum genus alopetia dictum,
Inprimis fœdat quod caput usq; coma.
Id curant rerum docti cum stercore muris,
Quod perfuderunt attica mella satis.

Stercus muris melle solutum.

De homidis canitie.

Alget si cerebrum solito plus inde canescit,
In plurimas cygni uertitur atq; caput.

Quod uicium tollit si quis per ungat oliuo
Cæsariem, ex terræ lumbricis atq; suam.

Oleum ex lũbricis ualet.

De Caluitio.

Caluos laudauit multum Sinesius at sunt,
Audent qui turpes ceu maculare glabros.
Hinc modo caluiciem cinefactis quippe lacertis,
Complures turpem pharmatiare solent.

*Cinis lacertarum caluiciem tollit.

De capitis dolore.

Si capitis dolor immensus te forte molestat,
Et causa est sonitus phlegmatis ex uicio.
Balsama tu genitus instillans aurtbus addas,
Sic poteris morbum tollere propediem.

Balsama sur ditati quæsunt.

De Hemicrania.

Portio si capitis morbo tentetur acuto,
Pestiferæq; luis sit mala causa uapor.
Allia diuersam lana contecta per aurem,
Inducta prosunt, balsama similiter.

De Pthiriasi.

Morbo quo perijt Pherecides ecce tragedus,
Aut quo dictator Silla misellus obit.
Huic hederæ lachrimis mixto medicatur aceto,
Ex lauro baccis, siue Lythargirio.

Gummi ex hedera.

De ca-

Ce capitis scabie.

Illotus sudor multum per sæpe fatigat,
En caput, ac scabiem parturit illepidam
Hic acido Bacho miscebis farra lupini.
Vt caput inungas arte leuando malum.

Far lupini cum aceto.

De Phrenesi.

Ex uicio cerebri phrenesis furiosa mouetur,
Hanc Syrsen quidam dicere quippe solent.
Vt pebas Syrsen pecudum pulmonibus uti,
Conuenit ad capitis tempora plana tibi.

De capillorum casu.

Defluit expulsus morbo latitante capillus,
Rarius abluitur quum caput à maculis.
Vipperea pellis cinerem his apponito rebus,
Cum sæuo ursino, roboreisq; globis.

Roboreis globis id est gallis.

De Lætargo.

Est quidam morbus Lætargus nomine dictus,
Oppositum Syrsen quem uoluere truci.
Hunc quidam dicunt septeno cimice trito,
In lympha ac poto tollere posse quidem.

Septem cimices cũ aqua.

De Apoplexia.

Est manus alta Dei sensusq; motusq; recessus,
A cerebro primum qui trahit esse suum.
Casto inguẽ id est castoreum. *Peoniæ radix curat uel Castoris inguen*
Sæpius infirmum siue Ieroglodion.

De uertigine.

Præfati morbi uertigo dicitur esse
Præcursor, stomachi quem facit ipse uapor,
Hunc diacastoreum releuat statimúe diambra.
Atq; lera Hermetis, nux quoq; myristica.

De Epilepsia.

Herculeum morbum quondam dixere caducum,
Quem nunc Heraclium dicere quippe solent.
Peoniæ radix isti medicatur, & assa
Fœtida, seu muris & iecur atq; cutis.

Clarificandum oculos.

Summa boni est alacres homini contingere uisus
Qui sint custodes corporis ecce sui
Vinũ est lac ualent. *Per laticem Bacchi fœtæ cum lacte capellæ,*
Hos claros poteris continuare diu.

De aurium dolore.

Quum teneras multum dolor ingens sautiat aures,
Oleum uiolarum. *Cum uiolis confert palladis ecce liquor.*
Felq; bouis narrant etiam prodesse solerter
Et succum folij quem dederit populus.

De Polypo.

Naribus in nascitur nonnunquam Polypus iners,
Morbi certe genus putre nlidumq; nimis.
Puluis radicis tragontæ tollere fertur,
Hunc turpem morbum naribus impositus.

De congelatione.

Sæpe ita peruadit uis frigoris ac tenet artus
Vt uix antidotis pharmatiare queas.
Ast ranam ex oleo si tu decoxeris, artus
Hinc foueas tantum quam cito frigus abit.

Oleum ranarum

De fluxu sang. narium.

Cumq; fluit naris multo completa cruore
Sistendus fuerit, tu mihi crede, cito;
Recte ergo attritus cimex conducit odore
Vel datur in nares saluia trita bene.

De Alcola.

Alcolam dixere Arabes fœda ulcera linguæ,
Hanc diram curat frasiliconis aqua.
Curat & hanc Rubus Necnon Beionia uiris,
Vsq; mori succus Gargarizatus item.

Kern kert wasser.

De Letargo.

Alto nonnunquam somno sic membra grauantur
Omnia, quod truncum recte referre queant.
Ergo leui flamma torrentur cornua capræ
Vt nidore graui surgere membra queant.

De dentibus dolorosis.

Haud facile est acrem dentis tollerare dolorem,
Artem hinc pæoniam rectius addis opem.
Quod fit si baccho uiolas decoxeris arte,
Et cocto dentes terq; quaterq; laues.

Baccho id est uino.

De Brancho.

Aegrestunt teneræ fauces quum frigoris atri,
Vis subit, aut uentus læserit usq; caput.
Simplicibus lymphis proderit tunc reddere mella,
Illineas fauces ut bene conualeant.

De Vuula.

Si uero afflictam languor deijcerit uuam,
Tunc cinerem ex coclea iungere ualde iuuat.
Aut istam puluis tosti releuabit aneti,
Aut cinis ex galla, braßica seu uiridis.

Braßica uiridis prodest.

De oris fœtore.

Oris fœtorem dentis putredine dicunt,
Nasci, uel stomachi, gutturis & uicio.
Hunc uino absinthi, uel cum putamine citri.
Vel squillæ succo tollere certe potes.

De Sinanchi.

Sinanchis tumor est colli uocitatus ab Argis,
Interimit statim qui nisi demptus erit.
Quem cignis nidus linguax suspendit hirundo,
Hunc tollit coctus, coctus in imbris aqua.

In aqua pluuiali.

De tus-

De Tuſsi.

Frigoris ex cauſa tuſsis præcordia lædens,
Sæpe oritur madidi uerticis auxilio.
Hanc porri ſuccus mulieris lacte ſolutus.
Imbibitus fertur pharmatiare leue.

De Aſmate.

Aſma iuuat hiſopus ſi diſtillatio fiat.
A capite in pectus rheumatis ex uicio,
Ex chyſopo puluis prodeſt cum melle iugatus,
Et uitro bibitus, phlegmata ſic abeunt.

De Pleureſi.

Vrticæ ſemen bibitum cum melle ſoluto,
Pleuriticos curat, pectora læſa ſatis.
Herbam & quam neptam uulgari more uocamus,
Hunc lateris morbum tollere fama tenet.

De Sincopi

Sincopis immanis per pultes cedit & oua,
Et rhodoſtoma ualet, ſeu bonus omnis odor. *Rhodoſto: id eſt, mel uel aqua roſarum.*
Irroretur aqua facies, uiolæ, roſa, mirthus,
Nare compaſſentur, Baſiliconq; recens.

De dolore Stomachi.

Si ſuper os Stomachi tortura ſit atq; laborans,
Nauſeat. Hic calidam potet & inde uomat.
Si nunquam uomuit dare coctona conuenit aſſa,
Aut quod detrudat uentris in ima malum.

De uen-

De uentris dolore.

Omne calens extra poterit lenire dolorem,
Ordea uel milium, pannus, auena tepens.
Multa sali tosto uis est, assoq; cimino
Et uesica mero quippe repleta ualet.

De mamillis in magnum crescentibus.

Post partum tumidas iniuste assurgere mammas,
Interdum aspicies pectoris incommodum.
His super addatur cortex quercinus in unda,
Querceus aut globolus quam bene coctus aqua.

De papillis ulceratis.

Et dolor immensus tangit si forte papillas
Excoriatq; illos, uulnera si dederit
Lumbricis terræ læsas inunge papillas,
Anseris aut serio, lacte tepente quoq;.

De lactis defectu.

Quum modo defecerint lactantis ubera, quod nec
Vel modicum lactis reddere forte queant.
Vermes terrestres ibi tunc potasse iuuabit,
Cum uino tritos, spermaq; fœniculi.

Sperma id est semen.

De cordis tremore.

Cor tremulum sentit magnum persæpe dolorem
Et uarias causas dicere quisq; solet.
Huic autem morbo medicatur unio candens,
Calceus aut hirci, muscus, & omnis odor.

De

De Stomachi debilitate.

Si Stomachus non dum decoctas exspuit escas
Et magis atq; magis nauseat esse cibos.
Cydonij succo tunc pharmatiare docebit,
Zinziberi aut uiridi, cordicibusúe citri.

De siti magna.

Et sitis infestat siccum si quando palatum,
Quam Stomachi causant phlegmata salsa tibi.
Ex prunis tollas istam quæ clara Damascus
Mittit, Granato. passulis & uiolis.

De iecoris dolore.

Si molles iecoris fibras dolor hauserit acer,
Saluia cocta tibi pharmata tuta dabit.
Sumitur aut semen quod fraxinus alta profudit,
Vel ius perdicis, uulturis atq; iecur.

De hydropisi.

Corrupti iecoris uicio, uel splenis acerbo,
Crescit hydrops candens uentre tumente nimis.
Conueniet radix multum tunc cocta sabuci
Et uentu dropax additus ipse ualet. *Id est, ruptoriū uel sinapismus.*

De ictero.

Si iecur obstructum fuerit, cutisq; inde citrina
Redditur, & si splen, tingitur ecce nigro.
Vnica bethonice cum uino sumpta tepenti,
Ictericos curat, Ciceris & prodium.

De

De Colica.

Si quem disturbat uentris dolor atq; fatigat,
Intestina simul fecibus inhibitis.
Vrticæ semen illi cum melle medetur,
Aut galli prodium, uel camomelis aqua.

De Tumore splenis.

Splen tumidus si compareat dolor omnis,
Marrubium ex uino si biberis tepido.
Nonnulli memorant consumi posse tumorem,
Ex hedere succo, terúe quater bibito.

De Diasintheria.

Sæpe quidem nimio cursu fluit impetus alui,
Quem diasinthericum dicere iure potes.
Ergo ibi permixtus calido potetur aceto,
Atticus ipse liquor, braßica cocta quoq;.

Atticus liquor mel est.

De lumbricis.

Quum lumbricus edax laniat præcordia morsu,
Qui persæpe suos exitus ore tenet.
Tunc cinis ex cornu cerui quam proderit haustus,
Vel neptæ succus, pulegiumq; potens.

De calculo renali.

Interdum in renibus concretus nascitur humor,
Qui denuo durum uertitur in sabulum.
Contra hoc obscœnus capræ potabitur humor,
Vel lapis ex cancris, pulegiumq;úe potens.

Obscoenus hu:id est, urina.

De men-

De Menstruis impeditis.

Euenit ut menses mulieris sæpe retardent,
Cursum lunarem, damnaq; multa ferant.
Hic bene subueniet decoctum certe lupini,
Hic & parthenis, pulegiumq; ualet. *Arthemisia*

De mensibus nimium fluent.

Ex folijs succus pressus plantaginis aufert,
Fœmineum fluxum si nimius fuerit.
Et cinis ex cornu cerui, cortexq; duandri, *Duandri id est, quercus*
Fistula pastoris, corralliumue rubens.

De ulceribus uirge.

Si tumeat neruus, uel sint fœda ulcera damno,
Quæ sanies fodit, sintq; phagedenica. *Phageden, id est, ambulatiua.*
Tunc læsus uetulo purgetur neruus Iacho,
Et super addatur munia trita bene.

De Scabie cutis.

Inuida si maculet scabies tibi forte decorum,
Corpus, naturam uincat & hoc uicium.
Erucam ac acidum laticem simul illine morbo, *Acidum laticem acetū*
Sanguine uel leporis singula membra laua.

De Podagra.

Si pedibus nimium aduersa est nunc dira podagra,
Quæ facit ut patiens nocte diesq; dolet.
Fas erit hunc tristem saltem mulcere dolorem,
Quod fit parte panis, lactis & ingenio.

De Ischia-

De ischiasi.

Sæpius ocultus uicta coxendice morbus
Perfurit, incessum tollit idemq; tibi.
Populus alba dabit medicos hic cortice potus,
Cocta etenim prodest amne tepende nimis.

De igni sacro.

Est species morbi sacer & qui dicitur ignis,
Qui torret multa singula membra lue.
Languida sed foueas sæuo bouis ista soluto,
Ad ignem, cessat, sic focus ignis acer.

De ictu serpentis.

Quam cito Danarosus potis est affligier omnes,
Frigidus en serpens cuspide lædifero.
Dicimus ergo bonum super addere iura uetustæ
Gallinæ, neptam, Bethonicamq; leuem.

De ictu scorpionis:

Et quum uulnus altox incussit Scorpius ardens,
Vulneri confestim caseus addit opem.
Caseus aptus erit simæ de lacte capellæ,
Aut uinum sulphur, fœmiculiq; parum.

De morsu canis rabiosi.

Sanat & appositum morsus cum melle caninos,
Ξκόροδον, & cancer pulnerizatus edax.
Baccarum lauri modicum super addere prodest,
Hortensem mentham, thinacamq; bonam.

De

De Febre tertiana.

Alterius quædam est febris rediuiua diebus,
In qua disturbat tertius usq; dies.
Subleuat hanc tritus cimex potatus in ouo,
Horridus attractu, morbus at inde fugit.

Quartana.

Nec tu crede, leuem quartano tempore febrem
Grassantem, interimit ni moueatur ope.
Mira hic absinthi sit Bacchi portio fortis, Id est, fortis uini.
Et semen maratri terq; quaterq; iuuat.

NVNC DE QVADRVPEDIBVS in hominis emolumentum enatis.

DE LEONE.

Est animus lædor naturas scribere uersu,
Quatrupedum faneat si modo Calliope.
Et dum præualidum regem patet esse leonem,
Consultum est, primas quod leo poßideat.
Hic igitur uires cunctas in pectore seruat,
Quis domitat ualitus quæ sibi præda feras.
Ossa quidem tam dura tenet quod mora pyritis, Ossa leonis silicis instar ignes eijciũt
Ignes elidant impetuose uagos.
Et sit crudelis quamuis, tamen ipse ueretur Leo ignẽ & gallum timet
Ignem, cristatam temporis & uolucrem.

Leo senescit. Hicq; solet multos saluus numerare decembres,
Dentis defectu quod bene percipitur.

Leo choleri cum animal. Igneus in primo est siccus leo certe secundo,
Indomitos rictus qui tenent inde suos.

Sãguis tumorem sedat. Si illineas tumefacta feræ modo membra cruore,
Decrescit lento uel tumor ipse gradu.

Pellis contra fulmem. Et pellem narrant aduersus fulmina tutum,
Reddere, quam castus si modo contineas.

De Leopardo.

Oritur ex pardo Leopard diraq; Leæna,
Leopardum amant animalia. Distinctam maculis qui tenet ecce cutem.
Quadrupedes gaudent uaria tam pelle colorum,
Illas sed dirum territat usq; caput.

Vino capitur. Hic trahitur uini multum dulcedine, casses
Sunt illi fortes, maßica pocla quidem.
Et quum diuersis tentantur corpora morbis,

Dexter testiculus menstra facit. Natura adornuat pharmaca certa tibi.
Testis & hinc fœdus Leopardi menstrua causat,
Dexter commansus, sed madefactus aqua.

Stericas, id est, maturis. Si cerebro erucam cum lympha adiunxeris, istud
Duncies stericas pro ratione sedat.

Seuum & oliuarum oleum lentignẽ tollit. Inuida si maculet faciem lentigo decoram,
Sæuum daphnileo consociato feræ.
Namq; hoc unguento maculoso ex ore fugato,
Sortes, uel rugas pellere sic poteris.

De

De Ceruo.

De ceruis cythicis multum si scire laboras,
Quid scribant docti perlege multa solers.
His tribuit magnum Veneris natura furorem,
Ipsa potens, certo tempore quem faciant. *Tempore autumni.*
Arcturi non ante diem fit fœmina pregnans,
Sic etenim rerum perdocet ordo bonus.
Abscondit partus inter fruticeta recentes,
Dum fortes moueant pro ratione pedes.
Cursibus inde docet saltum per auia mortem,
Effugere, & catulos non timuisse leues.
Auribus arectis nihil est auritius illis, *Cerui sunt auriti.*
Submißisq; nihil surdius esse ferunt.
Humanas uoces, mirum est, quam maxime captent,
Et quicquid dulci fistula ab ore canit.
Naribus ex antro ceruus trahit atq; colubros, *Ex antris serpentes trahit.*
Dictamo infectus se medicatur item.
Et quotiens æger pernoxia gramina sumpsit,
Vescitur hic Cynaræ frondibus & reualet. *Ceruus sibi medicus.*
Has nec despicias, lector, ramosa medelas,
Quas tibi fœlices cornua ferre queunt. *Cornua usta epilent. quæruntur.*
Namq; tibi morbum retegent exusta caducum,
Et faciunt Natrix quod fere nulla manet.
Si capis hinnulei coesi de uentre recentis
Corcula, non oberunt ulla uenena tibi. *Cor uenenis medetur.*

Medulla febres curat. Deq; suis faciunt medici limimenta medullis
Optima, cum feruens corpora febris habet.
Ceruino ex cornu ciues, en, si forte laborant,
Exesi dentes recte medetur item.
Cõtra lubricos. Si lumbricus edax laniat præcordia morsu,
Cerui Democritus cornua danda iubet.
Virga cõtra Venen. Et rhases cerui uirgam dare toxica suadet,
Gustato, auxilium quæ bene contribuat.
Dentibus ex paucis, uel nullis disce senectam,
Quo senij signo certius esse nequit.
Si quæras uitam nihil est uiuatius illis,
Plin. lib. 8. cap. 32. Monstrat Alexandri quod tibi torquis honos.

De Damis.

Et gignit timidas, fœlix Arabia Damas,
Cursus permicis, cornibus atq; latis.
Stercus caluinem tollit. Stercus damarum caluos cum crinibus ornat,
Errigit & uirgam mox Himenææ tuam.
Calcaneus combustris item caua uulnera replet,
Fel prolificat. Atq; infœcundas gignere felle facit.

De Elephante.

Indi iater magnos nutrit fœcunda Elephantos,
Exiguos etiam nigra Sabæa fouet.
Elephas in propatulo non coit. Inter quadrupedes elephas est clara propago,
Quæ Venerem admittit uel sine teste suam.
Ad tuẽnium utero gerit. Vsq; tenet fœtum ternos in uentre decembres,
Quem sine collega fundere certe solet.

Annos bis centos complet, probos cite uiuens,
Nice manus, casses qua superare potest.
Decoctum carnis mira uirtute elephantis
Vulua proscribit fœmineos soboles.
Naribus immissus Fel curat rectè Elephantis
Herculeos lapsus, Phœbigenumúe malum.
Stercus item pellit Pherecidis fata tragædi,
Si caput obuitur delitiose satis.
Si molles iecoris fibras dolor angit. & isti
Addas de spodio, porrigis ecce manus.

Caro aborti ri facit. *Fel epilepsiæ prodest* *Stercus pediculos interimit.* *Spodium hepati conducit.*

De Cameleonte.

Cameleon capit obiecti, mihi crede, colorem,
Asia quam mittit Cameleonta feram.
Cameleontis hepar, tostum nigromantica pellit,
Appensum collo, lingua iuuat grauidas.
Et cor quartanam seruas quod uellere nigro
Curat, pes dexter somnia uana fugat.

Hepar incantationes fugat.

De Vrso.

Est malè uiua caro partus, quem reddidit ursa,
Iam primùm, linctu sit tamen ecce fera.
Affrica mittit eos, fouet & Germania multos,
Diros sed narrant maximè Numidicos.
Quinq; simul catulos, producit fœmina partu,
Qui murem paruum corpore uix superant.
Tempore, quo somno præmuntur, pignora ualde
Succrescunt, pingues efficiuntur item.

Vrsus lambẽdo fœtum format. *Quot uno partu eduntur.* *Vnde pingues redduntur.*

Adeps crines fluentes retinet.

Illis sunt adipes medicinis certè salubres:
Nam retinent, mirum, defluuium capitis.
Languida si duro turgent præcordia morbo,
Fel bene mundificat, subleuat atq; nimis.
Illinat ex sepo faciem quis, redditur inde
Cordatus, Rhases perdocet istud Arabs.

De Taxo.

Est animal Taxus mordax, multumq́; pilosum,
Obæsum, dirum, curtaq; crura tenens.

Pinguedo ad renes.

Hocq; sua tumidos renes pinguedine curat,
Et morsus sanat maximè letiferos.

De Lupo.

Atq; lupos Zephiri populus transmittit in orbem,
Villosos multum, monstra stupenda satis.

Visus nociuus.

Horum namq́; docent uisum multum esse nociuum,
Quòd spectatori guttura rauca facit.

Lupus ad dextram bonus ad sinistram malus.

Augurium ad dextram præbet lupus ipse salubre,
Ad læuam dirum, terq; quaterq́; malum.
Hic quoties notus mira feritate famescit,
Pamphagus ex terra se satiare solet.

Corium contra uentris tormina.

Bellua dat corium, uentris quod termina soluit,
Dat uirgam celerem, quæ minuit Venerem.

Pulmo asma curat.

Pulmo lupi tritus, suspiria tollit, & asma,
Corrupti iecoris, sed mala tollit hepar.
Fel naribus iunctum tremulosa membra caduci
Errigit, acceptum coniugibusq; facit.

Testicu-

Testiculum dextrum mulier si sumpserit efrons,
Curat legittimas sollicitare faces.
Cauda autem muscas abigit, sub limine tecta,
Atq; oculus dexter non timuisse facit.

præseruat ab adulterio testis.
Vtilitas caudæ: item, dextu oculi.

De Apro.

Non Macedo tot spumantes per inhospitates qua
Mittit apros, pugnax quot bene Germania.
Quiq; erigunt setas similes hastilibus altas,
Instar elephantis dentibus & dimicant.
Illis spuma fuit, riget illis & horrida ceruix,
Atq; oculi, tanquam sydera nocte, micant.
Et medicas auget tam bellua dira salutes:
Toxica nam cerebrum pellere quippe solet.
Curat & antracem, dictus qui nomine carbo,
Quem modò testiculos progenuiße notas.
Commestumq; iecur pergit uiduare sopore
Læthargos, pulmo bacchica pocla leuat.
In hominis lotio craßius conuertitur humor.
In saxum, frangit quem lapis esce feræ.
Namq; iecur rupes animantis sæpe uolutat,
Quas bene contritas saxifragas recitant.
In collo duros generat natura tumores,
Strumas rectè suo nomine quippe uocant.
Hos fel gustatum curat, splenisq; tumorem
Tollit, cancrosis, uulneribusq; ualet.

Cerebrũ contra uenena.
Antrax à pudendis proscriptus.
Pulmo ebriari uetat.
Fel strumas tollit.

Si uesica quidem commansa uorabitur, exui,
Ne maculat lectum turpis urina, facit.
Si immodicus pleno manat de corpore sanguis,
Aprimisq; fimus subuenit arte cito.

De Bubalo.

Affrica dat Bubalum, satis en feritate tremendum,
Vsibus est hominis qui modò ualde bonus:
Vulua medetur uenenis. Nam Bubali uuluam narrant pepulisse cicutam
Epotam, & fimum peßima damna scire.

De Hiena.

Affrica spinosam dat, quod miremur, Hienam
Quæ sexum mutat, fœmina, masq; modò est,
Exemplar fraudis pastoribus estq; nephandum,
Dum flet, dum simulat uerba dolosa hominis.
Absq; uiri hanc, collo uilloso, semine nasci
Narrant, quod renuit doctus Aristoteles.
Vt sibi constaret facilis natura, medelas
Exin monstrauit, Lector amice, bonas.
Lapis hienæ ad quæ. Nam datur ex oculis lapis extollendus hienæ,
Distinctis uenis, qui modò nocte micat.
Fatidicum numen memorant inferre gerenti,
Sub lingua lotus si retinetur idem.
Et iecoris coctum teruis sorbere diebus
Inculcant, febres si patiatur homo.
Cor coxendici ualet. Sepius occultus uicta coxendice morbus
Turbat, quem tollit bellua corde suo.

Subuec-

Subueniunt oculis dira caligine preßis
Et lacies fellis, bestia quos retinet.
Qui linguam portat calcatam pollice plantæ,
Hunc catulus rabidus lædere nullus auet.

Fel ad oculos.

Lingua latratum prohibet.

De Castore.

Amphibius Castor cupiens euadere damna,
Deuiduat scißis testibus ipse suis.
Hincq; suum captat Castor sibi nomen, & inguen
Hoc medici seruant, Castoreumq; uocant.
Dente uibrans Castor truncum succidere magnum
Quippe solet, quem tunc aptat & in casulam.
Sedq; homini medicas manus hic porrigere fertur
Amphibius multum, pharmaca multa quoq;.
Cum uino epotum soluit, quos Luna fatigat,
Castoreum, soluit languida membra simul.
Est quidam morbus, læthargus nomine dictus,
Hunc tollit fœdum maximè Castoreum.
Cuncta uenena abigit cum succo Doridis, aut cum
Lacte bono, exhibitum tresúe, duosúe dies.

Castoreum.

Epileuticos sanat.

Succo Doridis, id est, aqua.

De Lepore.

Quodq; lepus timidus sexum permutat in annos,
Dicendus urians hermophroditus erit.
Belluis est cunctis ter maxima, crede, rapina,
Inter quadrupedes gloria prima, lepus.
Hicq; homini præbet multarum commoda rerùm,
Alpes quem mittunt candidulum leporem.

Vt formosus fias. Nam mandit carnes leporis qui mirè uelocis,
Formosus septem rectè diebus erit.
Fœcũdas facit uulua. Irrita coniugij sterilis si munera languent,
Fac, leporis uuluam quòd commedat mulier.
Sic natura, potens medicamine uicta salubri,
Dat fœtus lecti pignora chara tui.
Cerebrum dentire facit pueros. Et teneris cerebrum gingiuis perlue gnati,
Quem dens excruciat mortifer usq; male.
Contra fluxum uẽtris. Si lædunt medica data purgatoria dextra,
Da leporis sanguen, qui cito sistet anum.
Ad podagram. Doctus, nodosam qui uult curare podagram,
Exhibeat leporis iuscula cocta citi.
Si dolor immeritum lumen fortasse lacessit,
Pulmo feræ poterit tollere damna bene.
Ad quartã. Lætali, quæ crassatur, quartana, calore,
Cor tritum leporis postulat ista sibi.
Aut bene dasipotis diluta coagula morbum,
Hunc tollunt medica, crede parata manè.

De Porco.

Rusticus ecce facit bona Saturnalia porco,
Inter spumantes, qui bene pastus, apros.
Fimus sanguinem sistit. Fimus porcinus, nares quum sanguine manant,
Subuenit, in nares quem modò reddideris.

De Vulpe.

Astutum est animal uulpes, ut fallere poßit
Omne genus uolucrum, se tegit ipsa luto.

Insi-

Insidiasq; parat, non ui, sed fraude latenter,
Ventriculum uacuum quòd saciare queant.
Continet & uulpes in se tot pharmcaa, qui uis
A cauta ut cupiat morbulus æger opem.
Vulpis pulmo etenim tußim, & præcordia sanat,
Fumo suspensus, pulferisatus item.
Palladioq; liquore fera hæc decocta, fit unguen,
Arteticis quod nam membra anodina facit.
Stercoris & modicum membro superungito, curat
Hoc Venerem turpem, quæ modò pressa iacet.
Fœcundia testes sterilem perficere poßunt,
Si commedat tritos fœmina quippe duos.
Siq; locos mulier fellis fundamine tangat
Vulpis, uesano concoquit igne uirum.

Vulpes qua ratione alijs insidias struit.
Ad tußim pulmo.
In oleo cocta arteticos sanat.
Stercus inũctum Venerem facit.
Testis sterilitatem adimit.

De Lynce.

Lyncas mammosas Nilotica tecta tuetur,
Eximij uisus, sed feritate malas.
Vertitur in lapidem, quod stilat ab ·nguine limis,
Lyncurium dicunt, sic Theophrastus ait:
Affirmans ipsum stomachi placare dolorem,
Et uentrem fluidum sistere posse citò.
Ictericis etiam priscum reuocare colorem,
Et ferrum narrant ducere posse quoq;.

De Herice.

Per spinas herix rigidus sibi colligit escas,
Atq; canes fugitat spineus ipse globus.

He-

Hericis ecce iecur curat, quos regius angit
Commansum morbus, curat & hydropitos.

De Vro.

Multúm uillosos pascit Germania pugnax,
Et ualidos uros, monstra stupenda nimis.
Bestia uasta quidem est urus, sed cornibus uncis
Quæ nigrum, hirsutam, & corpus habet, faciē.
Pendula promißis gestat palearia uillis,
Quis strumæ in morem guttura crassa tenet.
Cornibus adumis uenientem accursat in hostem,
Et iacit in cœlum corpora prensa uagum.
Arboreos truncos, annosáq; robora, quercum
Ventilat, & uibrat cornibus ipse suis.
Cornibus utuntur Zephiri, qui maximè mundum
Inhabitant, mensis pocula quòd faciant.
Sæpe cibis duris restricta morabitur aluus,
Quam fluidam reddit bellua lacte suo.
Quodq; etiam cunctis narratur cura uenenis,
Vulneribusq; malis, putridis atq; nimis.

Occidētales hinc pocula faciunt.

Lac uentrē mollit.

Et hoc lac cōtra uenena multùm potest.

De Camelo.

Mittunt enormem Nabathæi certe Camelum,
Pro sella in dorso tubera qui retinet.
Qui nisi turbatas limphas bibit arte camelus,
Et suffert luces quatuor ipse sitim.
Lustra quidem bis dena facit, si fortè Camelus
Dicitur hic uitam continuasse suam.

Abscon-

Abſcondit furtiua Venus, quæ facta patrare
  Præcipit, & Veneris ſpurcida caſtra fugit.
Morbum, qui currit dubræ per tempora lunæ, Epilepſiam curat.
  Beſtia cum pingui mutilat ecce ſuo.
Siq́; fluat nimium ſtillantis impetus alui,
  Dens tritus curat noxia fata feræ.
Commoda captantur multum de lacte cameli:
  Nam reſerat clauſum, credite mihi, iecur.
Et ſi fortè nimis reſtricta morabitur aluus,
  Vrinam guſtes, quam fera curua dedit.

De Tauro.

Et qui ſepteno ambentem flumine Nilum,
  Inhabitant, Tauro numen ineſſe putant.
Nomine quòd patrio genti uocatur Oſiris. Oſiris idem quod bos.
  Qui primus tauro ſo icitauit humum.
Bis aluo luſtra quidem, non plures conterit annos,
  Fortior eſt quinto, pluſq́; laboris habet.
Quis neget hic ualidam, quis te, Natura, potentem Cornu uſtū contra ſerpētes ualet.
  Non dicat, tauro quæ bona tanta refers.
Cornu taurinum ſerpentes tollere fertur
  Exuſtum, pellit noxia quæq́; nimis.
Balſama cum fellis permixta arcere malignos Balſama cū modico fellis.
  Vrſus, quam modico, tu mihi crede ualent.
Sanguis taurinus ſiccatus lumine Phœbi, Sanguis ſola ſiccatus.
  Mulcet perductus uulnera magna pedum.

Siq́;

Siq; sacrissæa serpens te foderit hasta,
Vrina taurus uulnera tollit atrox.

Vrina ad uulnus serpentis.

De Muribus.

Instar uulpis habet mures fœcundus Eous,
Omnes qui lædunt pernicitate feras.
Si nimium quemquam restricta morabitur aluus,
Per pultem muris stercora quippe leuant.
Aut si uesicæ tardus cuuctabitur humor,
Mus coctus uino terq; quaterq; iuuat.

Stercus cum pulte mixtū fluxum uentris sistit. Mus urinā cit.

De Equo.

Propter equos primas retinet plaga pōtica fortes,
Indomitos post hanc barbara zona tenet.
Indomitos, fortes, pulchros, hos rectè caballos
Dicas, qui strepitus pertinuisse negant:
Qui fluuio ignoto sese committere primi
Non horrent, qui ignem naribus eijciunt.
Argutumq; caput quibus est, & pinguia terga
Ardua uel ceruix, uel breue corpus habent.
Densa iuba & dextro iactata recumbit in armo,
Vel quibus euibrant lumina magna duo.
Turbatas diligit, sed claras calce subinde
Turbat equus lymphas, limpida tardè bibit.
Annosi effecti dentes acquirere narrant
Candidulos, uiuunt septuaginta hyemes.
Et agiles redduntur equi, si fortè lupato
Vsq; lupi dentes iunxeris ecce duos.

Descriptio sumpta ex Virgilio.

Lupato, id est, freno.

Amis-

Amiſſos dominos narrant luxiſſe caballos,
Dictator Cæſar, uel probat id Macedo. Per Bucephalum.
Necq; tamen credas, Phœbum uidiſſe caballos
Immitem, oſtendam commoda nunc medica.
Compeſcunt igitur diluta coagula morbos
Et diſsinthericos, cœltacosq; ſimul.
Enectus fœtus proſcribunt ſtercora matris
Deſtera atq; molas, tormina fœminea. Deſtera, id eſt, matrice.

De Aſino.

Pœnurias ſuffert, & uerbera, tardus aſellus,
Semper & eſt ſanus, frigore ni pereat.
Archadicos Græci iactant, quòd ferræ labores
Præcipuos ualeant, longius atq; degant.
Luſtra quidem uiuens ſex complet ſurdus aſellus, In Ponto aſinus annũ uix uiuit.
Annum ſed ponto uiuere poſſe negant.
Nec natura potens uult nos neſcire labores.
Quos homini tollit pandus aſellus idem.
Inuida nam maculat faciem ſi lepra decoram, Caro aſini conrra lepram,
Multum tunc confert en caro manſa feræ.
Atq; iecur toſtum redimit de morte caducos, Contra caducum morbum.
Et lotium epotum ſaxifragum referunt.
Si fuerint multo naris completa cruore, Ad ſangu. fluxum.
Fluxum compeſcunt ſtercora ſicca aſini.
Infantum cunas pellis uilloſa defendit, Pellis utilitas.
Horrificosq; metus pellit & iſta ſimul.

Vt

Sanguis cõtra febrem.

Vt poßis dirum febris proscribere damnum,
Aesclapius sanguen lingere certè iubet.
Lac iuuat in coctum pulti sumptumq; tenesmon,
Ac urina feræ lentiginosa rapit.

De Mula.

Fert equa per surdum mulos, si credis, asellum,
Præcipuos pascit Phrigia quos facilis.
Mula parit nunquam, sed Ponti natio mittit
Fœcundas, quæ simul Capadocum regio.
Bis quater undenos mulum complere decembres
Narrant, & Græcos constabulasse senem.

Rasura corij.

Auxiliatrices mulus nec impedit artes:
Ex corio rasum sordida namq; ponit.
Et unguis segmen mulier si sumpserit, inde
Irrita coniugij munera, crede, feret.
Vngula si fumat, mures de uilla coercet,
Atq; eadem turpem curat alopetram.

De Capra.

Capræ à serpente læsæ quæ medicamina.

Capra gerit setas, quam dat Germania, Sicla
Lanosam profert uiribus ecce malam.
Capram si tangat furioso cuspide serpens,
Pulegio manso se medicare solet.

Septentrional. pariũt mares.

Spectat ad algentum Zonam septemúe triones,
Quæ, ut multum mares hæc peperisse solet.

Auster fœmellas.

Auster quam tangit, Veneris dum munera tractat,
Fœtus progignit fœmineos pariter.

Eurus

Euris da capras, undenos ritè decembres
Complures, octo ſed bene Germania.
Anhelitusqúe trahunt noſtrates auribus, ore
Non tantum, febri nulla carere poteſt.
Eſt animal ſurdum, ſed pharmaea tuta miniſtrat.
Namq; hepar exectum noctilopas abigit.
Cornu uſtum capræ dentes bene purgat ab omni
Sorde, quidem fumus curat alopetiam.
De capra dulcis compreßi copia lactis
Hyblæos morſus nimere certè potes.
Immodicus naſo manat ſi ſanguinis imber,
Pilos caprinos incinerare iuuat.
Prodeſt interno cum uiſcere tinea ſerpens
Diuexat, turpis ungula facta cinis.
Errigit & pellis confeſtim ſcabra caducas,
Quos capræ ſternunt iuſtula cocta hepatis.

Capræ anhelant per aures.
Ad Noctilopam.
Cornu capræ ao quæ
Ad apis morſum.
Imber, ideſt fluxus.
Ad lunibr.
Ad elephandos caducos.

De Porco.

In coeno porcus uiuens, hic ſordidus inde
Dicitur, & fœdus, ſpurius atq; uagus.
Quem deuorat uictum, pro ſexta parte uenire
Narrant in ſetas, ſanguinis ac alimen.
Porcam bis denos uinctim progignere partus
Poſſe quidem fama eſt, ſpermatis ob copram.
Aetatem iuſtam complens triederida uiuit
Quinq;, uelut ſcribit doctus Ariſtoteles.

Sexta pars alimenti in ſetas.
Porca 20 porcos generat.

Porca quo modo apram cognos.

Mas cum solicitat Veneris certamine porcam,
Aures si pendent appetit illa uirum.
In porco multas, mihi credas, esse medelas:

Sanguis uulnera mundificat.

Namq; cruor mundat uulnera lædifera.

Pulmo ad quæ.

Pulmo prodest, læsit corium si fortè pedestrem,
Atq; adipes curant pectoris alta loca.

Stercoris utilitas.

Non puteat luteæ stercus producere porcæ,
Si nasus sudat sanguineum laticem.

De Cane.

Laus canis.

Non tam laudatur doctis fabulosus Hidaspes,
Quàm celerem cantant in Hellicone canem.
Dat celeres Anglus, magnos de Gnosia terra
Sparta quidem nigros, india dat graciles.
Velocis plantæ cunctos agitare trementes,
Et lepores, ceruos, capreolosq; leues.

Natura canum.

Omnibus his scribunt natura ineße catellis,
Quòd dominos rodament terq; quaterq; suos.

Lysimachi canis cum domino combustus.

Lysimachi regis docet id leuis iste catellus,
Cum domino acceptans magna pericla pyræ.
Aesonidis docet id fidus, crede mihi, Melampus,
Ammisso domino, uiuere qui noluit.

Ratio ab exemplis

Bithiniæ regis memoratur, & Asbalus atris
Villis, Sabini comathenatus item.
Et fama est, uomitus primò induxisse catellos
Curam, cum gramen commederat catulus.

Vomitum canes induxere

Latratus abigit canis & dens usq; catelli,
Ac uerbena quidem, tecta sed in corio.

Exutero excludit partus lac atq; catelli
Haustum, sed sanguen membra caduca iuuat.
Vulnus atrox rabidi si te canis inficit ægrè,
Marrubrum coctum bezoar ecce dabit.
Atq; hædræ succus, quæ truncos implicat altos,
Siue nuces Ponti, cum sale condidulo.

Lac caninū partu excludit.
Ad morſ. canis rabidi.

De Talpa.

Ast oculis captæ fodire cubilia talpe
Sub terris gaudent, sed mago pro boscidæ.
Lumbricis terræ uescuntur, noxia pratis
Damna, & uillaticis cura, laborq; grauis.
In cinerem combusta fera hæc, & illita cœca
Oui cum liquido, curat & ipsa lepram.
Caluiciem tollit cruor & super illitus, atq;
Caluam proscribunt stercora alopetiam.

Talpe cinis contra leporam.
Cruor ad quæ.

De Mustela.

Prælongum murem mustelam dixeris esse,
Qui uirus fundit maximè lætiferum.
Hanc medicam ueteres dixerunt quippe fideles;
Pullos enectos uiuere namq; facit.
Ostenditq; simul, uenenosa expellere posse,
Mirificè rutam, si bene mansa, fouet.
Nam comedit rutam, quum uult certare solerter
Cum dypsis, melius sic gerit arma quidem.
Mustelam dicunt oris concipere rictu,
Auribus & partus mirificosq; daret.

Mustela rictu concipit.

Si quis cuncta uelit percribrum credere dicta,
Multi multa quidem dicere certè solent.

Pellis mustellæ propriòs curat ictus.

Pellem mustellæ narrant curare salubrem
Ictus, quos truces intulit ipsa fera.

Cinis must. cum oleo oliua contra elephant.

Mustelæq; cinis, seu fusus sanguis ab illa,
Certè elephanta ponunt, addito daphnileo.

De Lacerta..

Et uirides rigita occultant spineta lacertas,
Quas creat in lougum nigra Sabæa nimis.
Bestiolæ sanguis uisum caligine læsum
Rectificat, stercus sed iuuat albuginem.

De Salamandra.

Salamandra aquas domat

Est salamandra potens nullis obnoxia flammis
Bestia, uulcanum quæ uelut unda domat.
Hæc retinet uires tantas, quod poma tenella
Arboris despectu lædere quippe potest.
Est & psilotrum, capitisúe nouacula, crines
Lumine conuellens, iam Salamandra mala.

Nicticol. id est, canthandibus.

Si feceris unguen salamandræ sanguine factum,
Nicticolis mixtum, pellis ab ore lepram.

De Formica.

Dum calor est, & pulchra dies, formica laborat,
Ne pereat, dum nix uenerit alta, fame.
Victu ergo fruitur cum iam capricornus in axē
Vergit, cum residens esurit agricola.

Per balneū aquitum.

Nidus formicæ stercam bene mundat ab omni
Sorde, pertinam, sordida si fuerit.

Oua indefessam Venerem producere possunt
Granifere, possunt mansa iuuare uirum.

De Crocodilo.

Ad fluuium, qui septeno modò flumine Nilum
Lambit agros, crescit iam crocodilus iners.
Quadrupes est animal, fugienti maxime dirum,
Estq; reuitenti bestia ualde fugax.
Hoc timet interris multum genus omne ferarum,
Hocq; timet Ponto quicquid ubiq; latet.
Namq; dies terram colit, & pernoctat in undis,
Singula deuastans maxima pernicies.
Oua parit penso uelut anser: Stincus at istud
Ingrediens, rictu pernecat indomitum.
Ouo proscribunt crocodili spicula plures,
Conducit plures herbula uetonica.

Stincus rictũ ingreditur crocodili, & necat.

De Rana.

Atq; coaxantes libet huc ascribere ranas,
Certum futuri temporis indicium.
Namq; paludosa clamans ex arbore, uoce
Imbrem prædicit pro ratione satis.
Continet hæc homini tenuis bestiola quædam
Profuntu multum pharmaca consinia.
Exesos dentes etenim si fortè lugebis,
Linguæ decoctum sit tibi collutio.
Frenabisq; grauem facil medicamine tußim,
Decoctum ranæ si calidum dederis.

Oua Venerẽ conforiant.

Inq; oleo macerata diu quum bestia mirthi,
Ad podagrã Articulos curat, quos dolor altus habet.
Est etiam morbi species, quæ dicitur Ignis,
Rana hanc profundit, dum super est posita.
Suspensa & pellit Pherecidis fata tragœdi,
Ac uermem in digito spermata tetra leuant.

De Pulice.

Fœmina quæq; timet metuendi pulicis arma:
Nam solet inteneram trudere spicla cutem.
Illius & morsus tollunt absinthia cocta,
Contra pulices. Feruida uis rutæ, uel oleandra simul.

Ὀρνιθών siue auiarium hæc continet.

De aquila 1.
de pauone 2.
de phasione 3.
de cygno 4.
de phenice 5.
de accipitre 6.
de perdice 7.
de ansere 8.
de anate 9.
de ciconia 10.
de uespertilione 14.

de

de passere 12.
de cothurnice 13.
de turture 14.
dè Hirundine 15.
de miluo 16.
de capone. 17.
de palumbo 18.
de bubone 19.
de uulture 20.
de turdo 21.
de uppupa 22.
de columba 23.
de gallo gallin. 24.
de grue 25.
de coruo 26.
de merulo 27.
de mergo 28.
de luscinia 29.
de psitaco 30.
de alauda 31.
de sturno 32.
de cornice 33.
de grillo 34.
de araneo 35.

Ὀρνιθών sive ouiarium.

De Aquila.

Aquila auium prima.

Inter aues primas fulgens tenet aquila dicunt:
Nam Iouis hanc uolucrem, tum Iouis armigerū.
Aquila sola potest radios spectare nitentos
Phœbi, nec frangunt lumina clara oculos.

Aquila à fulmine tuta.

Solam hanc non tangunt cœlestia fulmina topho,
Nec grando excellens damna referre potest
Non ætate perit, nec magna iniuria uictus
Interimit, rostrum sed necat hanc uolucrem.

Rostro curuo perit aquila.

Hic petit extremis Iouis armiger optimus oris
Gemmam, qua seruat pignora quæq; sua.

Ethites ad qúe.

Creditur iste lapis prægnantibus auxiliari,
Neu uel abortiuum gignere certè queant.
Ac elargiri credunt hanc sobrietatem,
Et multum acceptos reddere posse uiros.

De Pauone.

Pauo iunonis ales.

Asciuit pennas ales iunonia pictas.
Tempore, quo custos uictus Aristorides.
Antonius laudat cerebrum, Vitellius atq;
Anlus pauonis, sed Cleopatra quoq;
Ex pennis paui connectas si modò sertum
Alzuset tollis sic bene de pedibus.

De

De Phasiano.

Phasidis en quondam gradus dicebar alumnus,
Nunc me Germanus, Gallus & ipse nouit.
Nam gratum stomacho narrant me certè gulosi, Phasianus pro stomacho.
Qui mensas fugio rustica turba tuas.

De Cygno.

Candidulam uolucrem lædeum certè maritum
Vallericus Marcus carmine sic cecinit:
Dulcia defecta modulatur carmina lingua, In Xenijs.
Cantator cygnus funeris ipse sui.
Cygnus in anspicijs semper gratißimus ales, Cygnus boni auspicij.
Hinc Veneri & phœbo dicitur esse sacer.
Cum sænit penitis hærens iniuria lumbis,
Vesicam expurgat tam bene mansus olor.

De Phenice.

Phœnicem scripsit Sophoclæo carmine rarum,
Vt sequitur multum naso poeta bonus. Lib.15 Metamorp.
Vna est quæ reparat, seq; ipsa reseminat ales,
Aßirij Phænica uocant, non fruge, nec herbis:
Sed lachrimis thuris, & succo uiuit amomi:
Hæc ubi quinq; suæ compleuerit secula uitæ, Quinq; secula uiuit.
Illicis in ramis, tremulæq; cacumine palmæ,
Vnguibus, ac duro nidum sibi construit ore:
Quo simul ac casias, & Nardi lænes aristas
Quassaq; cum fulua substrauit cinama mirha,

Se super imponit, finitq; in odoribus æuum:
Inde ferunt, totidem, quæ uiuere debeat annos,
Corpore de primo uolucrem phœnica renasci.

De Accipitre.

Est auis accipiter prædo, quæ uiuit in omnes
Crudelis uolucres, unguibus ista ualet.
Accipitris rostrum si coniungatur oliui,
Decocto stericas duricias solidat.

Matrici rostrum prodest.

De Perdice.

Huc etiam numeranda uenit Sodomitica perdix,
Quæ uolucris fertur luxuriosa nimis.
Et regum lautas quæ exornat maximè coenas,
Vel mensas molles Sardana paulitičas.

Perdax auditu concipit.

Fœmina si perdix uocem audit certè mariti,
Concipit, & profert luxuriosa feras.
Hæc igitur cunctis bona dat medicamina perdix,
Testiculos casum quis uiduasse notas.

Castratis confert.

De Ansere.

Auis Romanæ seruator candidus anser,
Inter palmipedes connumeratur aues.
Plumiferos mittit multos Germania pugnax,
Inter qui portant signa trophæa, bonos.
Anseris & pinguen medicans natura tumori
Addit, quem curat dexteritate sua.

Anseris ad pingued. ad aures.

Cumq; nimis teneras dolor ingens sauciat aures,
Anseris infundes pinguia rectè tuis.

De

De Anate.

Stercore gaudet anas, pedibus quæ flumina tranat,
De qua sic scribunt Appophoreta quoq;.
Tota quidem ponatur anas, sed pectore tantum,
Et ceruice placet, cætera redde coco.

De Ciconia.

Garrula quum tignis nidum suspendit hyrundo,
Tunc pueri clamant, ecce pelargus adest.
Egyptus quondam monuit quem numinis éfrons, *Apud Aegyptios ciconia deus.*
Instar tractantum religione sua.
Saltem quòd pascens serpente ciconia pullos,
Mundarit terram quam bene Niloticam.
Est eadem ueræ pietatis maxima cultrix, *Ciconia pietatis cultrix.*
Dum sibi maiores rectè educasse studet.
Ex hac si feceris lympham mediantæ marito *Si balneum nariæ aqua fiat.*
Cypriginæ, uisus clarificare potes.

De Vespertilione.

Est uolucris, simulat tremulis quæ pellibus alas,
Quæ lactat pubos uberibusq; suis.
Psillotrum referunt istam dare posse cruore, *Sang. uesp. psillotrum est.*
& gratum quemuis reddere principibus,

De Passere.

Passeris immodicus uitam decurtat amatam
Luxus, quem passer continuare solet.

Namq;

Namq; suum cursum Titan uix comple in axet,
Passer uix annũ uiuit. Deficit en passer, commoriturq; satax.
Passeris & cerebrum languentem certè priapum
Venerẽ facit cerebrũ Errigit, atq; facit sollicitare femur.

De Coturnice.

Veretro pinguescũt cother. Aduena laudatur iam, olim damnata, conturnix,
Vox nomen, precium cui dat, & ipse sapor.
Si capreis adipes & coturnicibus auget,
Quod ueratrum comedũt, has modò pertimeas:
Offendit sensus celeres nam mansa cothurnix,
Inuisa & uentri est, febribus atq; gradus.

De Turture.

Raucos ex ulmo gemitus dat turtur, amico
Turtur sibi medetur. Coniuge priuatus, lympida necq; bibit.
Hanc si fortè dolor uolucrem uiolauerit atrox,
Ad fluxum uentris. Helxine proscribit maxima damna sua.
Si fluxus uentrem nimium infestauerit ingens,
Turtur combustus terq; quaterq; iuuat.
Sanguis o-los. Atq; oculos lippos curat cum sanguine turtur,
Seu quis noctilopam sic releuare potest.

De Hirundine.

Progne hyrundo. Quum Zephiri spirant, omnis uestitur & arbor,
Garrula tunc progne nidificare solet.
Et chelidonium lapidem tunc præbet hyrundo,
Herculeum morbum qui releuare potest.

Appen-

Appensus collo febres & pellere fertur,
Qui facit aceptum regibus ecce suis.

De Miluo.

Nuncius est famis frequens, cum cernitur ales,
Quæ dicta est prædo miluius ecce rapax.
Hæc uolucris fertur gratum sibi habere cucullum,
Quem fessum portet scapulis ipse suis.

De Capone.

Et capus est gallus, qui testibus est uiduatus, Alectoriũ
Quem uetulum gemmam reddere posse ferunt. lapidem.
Quæ faciat certè inuictum quemcunq; gerentem,
Sed auro includi cum ratione debet.

De Palumbo.

Bis parit in anno saltem torquata palumbes,
Quæ uolucrum fertur castior esse cibus. Sanguis palũbi oculis.
Ast dolor immensus lumen si fortè lacessit,
Certè palumbinus tunc ualet ipse cruor.
Stercus auis lotij fertur succurrere morbis Stercus urinam prouocat.
Et Scrophas tumidas pellere posse quoq;.

De Bubone.

Ignauis bubo dirum mortalibus omen:
Nam diræ mortis nuntius esse solet.
Fœdaq; sic uolucris uenturi est nuntia luctus,
Stercoribus uiuit, fœtidis atq; cibis.

De

De Vulture.

Vulturis & miram naturam dicere possum,
Dum genus hoc marem non peperisse patet.
Olfactum quid queat. Hanc uolucrem narrant bruces tres nosce cadauer
Venturum, olfactu tam uiget hæc uolucris.
Cor morsus serpentis curat. Ictus serpentis curat cor uulteris atri,
Acceptum reddit regibus atq; iecuri
Et licet usq; adeo uultur sit, crede deformis,
Toxicis ast cunctis pharmatiare solet.

De Turdo.

Inter aues turdo primi debentur honores,
Pingui quem redolens bacca cibasse patet.
Stercora pannum auferunt. Stercora sed pannum uultus posuisse fatentur
Turdi, & morpheam sponte iuuare solent.

De Vppupa.

Qua materia sibi nidum cõstruat. Vppupa de merda nidum sibi construit arte
In spatio fœdum temporis ipsa breui.
Pinnula de uolucris capite & proscribere fertur
Morbum, quem Sodam dicere rectè potes.
Penna Sodam curat. Hanc deplumatam si cancro adiunxeris, ingens
Auxilium præbes, pellit & ascarides.
Cancro caro utilis. Alitis & linguam collo qui gesserit, istum
Commemorem reddit, reddit & ingenium.

De Columba.

Et stomacho ignito multum nocet ecce columba,
Poblitibusq; ægris, in iuuenis fuerit.

Ce Gallo gallinarum.

Vincere si tentas hostiles marte cruento
Ictus, sit galli calcar in æde tua.
Qui patrios fœdat coniungens strenuè lectos,
Aliis hic tristam mandere certe potest.
Sanguinis & uis est siccati sistere fluxum
De naso, Rhases sed bene laudat atrum.

Crista ad-lecti unctio Sanguis ad quæ.

De Grue.

Grus cum pigmeis certet deseratq; culinas:
In se namq; tenet fertula mella gulæ.

De Coruo.

Alipedem ceruum ter uincit coruus in annis:
Pes corui dexter fit medicina grauis,
Si collo infantis suspendis, quem modò tußis
Perturbat, talem tollere namq; potest.
Oua quidem corui canos peruertere poßunt
In nigros, uentrem sed cohibere putant.
Cætera blandiri uideat ne fortè, silebo,
Sit satis ad uolucres hanc numerasse feram.

Pes corui contra tussim.

De Merulo.

Eſt pingui merulo maior mihi gloria, credas,
Quàm turdo, carnem nam tenet ipſa leuem.

De Mergo.

Mergus amas dictus, quòd ſe mergendo cibare
Conſueuit, piſces quum deuorare ſtudet.
Pſillotrum eſt mergi fel, pilos namq; moleſtos
Tollit, ſed fœdum purgat idemq; caput.

Fel pſillotrum.

De Luſcinia.

Artis conteztum cantat luſcinia pernox,
Sit igitur cantrix regibus ipſa ſuis.

De Pſitaco.

Pſitacus illa plagæ uiridis regnator Foœ,
Condidicit per ſe dicere, Cæſar aue.

De Alauda.

Naturam calidam retinet prepinguis alauda,
Quæ leuis eſt ſtomacho, gratior atq; cibus:
Durior aluus erit, ſi ſit commanſa molucris,
Eiuſdem ſoluunt iuſcula cocta citò.

Iuſcula uentrem molliunt.

De Sturno.

Auditas didicit ſturnus modò reddere uoces,
Igniti, & nocui ſed, mihi crede cibi eſt.

De Coruo.

Et coruus neſcit magnatum uiſere cœnas:
In cruce nam quærit prandia lauta ſibi.

De

De Cornice.

Quæq; refert cornix iterata uocabula nigra,
Non satiat raucam carnibus ecce gulam.

De Grillo.

Retrogradus Grillus per noctem studere totam
Non cessat, cunctis certè molesta fera.
Grillus in calido potatus parcè lyro,
Tophum renalem frangit quippe potest.
A collo pendens quartanis posse mederi
Fama est, & strumas tollere bestiolam.

Grillus ursicæ lapidem frangit.

De Araneo.

Quæ laxos tignis suspendit aranea casses,
Atq; ex se fingit fila superba nimis.
Hæc licet intantum sit perniciosa ueneno,
Pœonias dotes dat tamen ista quoq;.
Stamina nam sistunt fluxum de uulnere factum,
Et saniem pellunt uulneris ipsa simul.

Sanguinem sistunt stamina.

Ιχνοτροφειον hæc capita habet.

De piscibus 1.
de abrene 2,
de mena 3.
de astura 4.

de bocchara 5.
de balena 6.
de cetis 7.
de congro 8.
de delphino 9.
de echinei 10.
de phoca 11.
de gobio 12.
de loligine. 13.
de locusta 14.
de lucio 15.
de megari 16.
de mugile 17.
de murice 18.
de murena 19.
de mulo 20.
de porco 21.
de rhombo 22.
de urtica 23.
de echino 24.
de polypo 25.
de atilo 26.
de salmone 27.
de scauro 28.
de spinachia 29.
de sturmione 30.
de stella 31.

de

de trebio 32.
de anguilla 33.
de accipensere 34.
de cancris 35.
de aurata 36.
de ranis 37
de ostrijs 38.
de limace 39.
de uitulo 40.
de siluro 41.
de salmone 42.
de perca 43.
de lucerna 44.
de oculata 45.
de esoce 46.
de lampreta 47.
de trocodilo 48.

Ιχθυοτροφεῖον, hæc est piscium uiuarum, miras piscium continens naturas.

DE PISCIBVS.

Nemo maris poterit quàm Protheus sedere pisces,
Hinc saltem paucos commemorasse libet.

De Abrene pisce.

Abren conceptum si fert in corpore fœtum,
Hunc sabuli tollit frictio facta citò.

De Mena.

Hic piſcis tantum pelagi perſuudier unda.
Gaudet,nec ſuffert aeris iſte plagas.

De Aſtura.

Aſturam ex ſpuma uernalia tempora præbent
Ponti,Phœbæos contremit hic radios.

De Bacchora.

Bacchoram piſcem lapides infungere poſſe
Narrant perdentes,quos tenet hic ualidos.

De Balena.

Iugeris immenſi Balenam creſcere conſtat
In longum,fundunt quem Gaditana uada.

De Cetis.

Aequant ſexcentum,ſcribit quod Plinius author,
Vſq; pedes longo grandia cete ſuo.

De Congro.

Conger pingueſcit,ſi uentos ſenſerit eſſe
Magnos,hic hyemis tempore non capitur.

De Delphino.

Cantus Delphinos mulcet dulcedine cunctos,
Qui natos lactant flaccidis uberibus.

De Echinei.

In medijs Echineis retinere carinas
Piſciculus poterit ſeſquipedalis aquis.

De Phoca.

Pinnas ſomniferas phocam retinere fatentur,
Sic,quòd ſuppoſitæ ſomnia tua gerant.

De

De Gobio.

Candidus est Gobius, maculis distinctus & atris,
Atq; inter cunctos nescitur hic sabulo.

De Loligine.

Loliginem natura quidem uirtutem potentem
Effecit, uolitet fluctuet utq; simul.

De Locusta marina.

Bis binos cubitos retinet locusta marina,
Ore coitq;, senex ablegat exunium.

De Lucio.

Omni uorax piscis lupus est agilisq; tyrannus,
Qui pisces omnes dilaniasse cupit,

De Megari.

Et megaris uolitat super undas luce serena,
Sed megaris uates noxius omnis adest.

De Mugile.

Quum caput occultat, totum se maximè tectum
Esse putat mugil, fœmina uirq; simul.

De Murice.

Et mittit pelagus piscem, qui nomine murix
Dicitur, hinc tingit candida cum rubeo.

De Murena.

Fluctuat in Siculo pernix murena profundo,
Pissenos partus quæ generare solet.

De Mulo.

Est mulus quondam dictus barbatulus, at nunc
Romani Triglam non uocitasse timent.

De Porco marino.

Occeani porcus per ſpinas reddere uirus
Vſq; poteſt, porci quod bene ſelle ponis.

De Rhombo.

Bellica cum caluo ſeruiret Roma Neroni,
Eſt Rhombus captus maximus in pelago.

De Vrtica.

Vrit tangentis manus ut urtica dolenter:
Sic facit eiuſdem nominis herba quidem.

De Echino.

Arctat & in globum ſeſe ſpinoſus echinus,
Quem gratum reddit nigra culina coco.

De Polypo.

Mutat ad obiectum ſeſe, mihi crede, colorem
Verſatilis Polypus, qui tabe conficitur.

De Atilo.

Atilus eſt piſcis, latius quem reddere Padus
Fertur, tam glandis, quod niſi plauſtra uehant.

De Salmone.

Salmo quidem in ſtagno nequaquã uiuere poteſt,
Confeſtim moritur, ni moueantur aquæ.

De Scauro.

Solus inter piſces magnos ruminaſſe probatur
Scaurus, quem fundunt uel Tiberina uada.

De Spinachia.

Paruus & informis dictus ſpinachia piſcis,
Qui modò ſerrata pelle uenuſtat ebur.

De

De Sturione.

In stagnis uiuit sturio rarißimè diu,
Hunc Auster clarus rectè cibare solet.

De Stella marina.

Stellam sed pelagi contacta adurere narrant.
Ob uim tam calidam, quam tenet ista fora.

De Trebio.

Construit & nidos ex alga Trebius, in quos
Oua parit, carnes poßidet & rubeas.

De Anguilla.

Anguillas arctant Ericinæ gaudia nunquam,
Ex putrido hæc crescit bestia namq; luto.

De Acipensere.

Regum turritas acipenser uiserat ædes
Quondam, nunc illi gratia nulla datur.

De Cancris.

Octipedes cancri pinguescunt uerè, sed isti
Plus sapiunt noctis, Cynthia quum rutilat.

De Aurata.

Esse quidem auratam dixit non Sergius omnem
Laudandam, sed quam concha Lumina cibat.

De Ranis.

Atq; coaxantes libet hic adscribere ranas,
Certum futuri temporis indicium.

De Ostreis.

Ostrea Circæo laudabat capta profundo
Sergius, immensæ uappula, crede, gulæ.

De Limace.

Fuluius Hirpinus limacis ponere testas,
Lentorem & docuit muscida quæq; simul.

De Vitulo marino.

Exornat uitulus magnatum prandia ponti,
Qui retinet pinnas maximè somniferas.

De Siluro.

Atq; Silurus éfrons in Moeno quippe tyrannus
Grassatur, pisces pinnulis interimens.

De Salmone.

Salmo Aquitaneus præfertur piscibus orbis,
Multum qui rutilat uiscere punicco.

De Perca.

Nec te delitias mensarum perca silebo,
Quæ loricato cortice tecta natas.

De Lucerna.

Lucernam noctu per linguam reddere poße,
Narrant autores, lumina clara quidem.

De Oculata.

Lacte oculata quidem si sit potata recenter,
Delitias mensæ tradere quippe solet.

De Esoce.

Esox quippe ualet multum septembribus horis,
Quem piscem durum nigra culina fugit.

De Lampreta.

A petra Lampreta quidem dixere priores,
Hanc etenim petras lambere rectè iuuat,

De Crocodilo.

Ad fluuium, qui septeno modò flumine, Nilum,
Lambit agros, crescit en crocodilus iners.

Λερνη κακον, uaria pessimorum serpendum continens genera.

Amphisibena	1.
de aspide	2.
de centhri	3.
de ceraste	4.
de colubro	5.
de dracone	6.
de hæmorrhoide	7.
de natrice	8.
de iaculo	9.
de nepa	10.
de prestero	11.
de padena	12.
de stellione	13.
de basilisco	14.
de sepe	15.
de corpione	16.
de situla	17.
de taranta	18.
de boa	19.

Δαρυκ κακου, uaria pessimorum serpentum continens genera.

DE SERPENTE AMphisibena.

Est grauis in geminum sergẽs caput Amphisibena
Serpens, qui uisu pernecat, & sibilo.

De Aspite.

Aspidis & morsu læsum dormire fatentur
In mortem, andidotum nec ualuisse ferunt.

De Cenchri.

Plurimis ecce notis uariatam cernere Cenchrim
Qui cupit, hic càlabris regna sabire potest.

De Ceraste.

Crinalem attollunt squammæ stridore Cerasten
Bis gemino cornu, quo capit hæc uolucres.

De Colubro.

Auribus exuuium confert sinuosi colubri
Ex oleo læsis, quod ponit arte sua.

De Dracone.

Serpunt aurato nitidi fulgore dracones,
Affrica quos ardens parturit exitio.

De Hæmorrhoide.

Impreßit dentæs Hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo, fluxu sanguinis & periјt,

De

De Natrice.

Natrix humorem circam uitalia fundit
Lætiferum, puræ qui uiolator aquæ.

De Iaculo.

Insidias ex arboribus sua præda uenātur,
Serpentes iaculi qui celebres uolitant.

De Nepa

Nepa quidem in Veneris mutilat caput ecce mariti
Actu, sed partu dißilit ipsa quoq;,

De Prestero.

Oraq; distendens auidus fumantia prester
Inficit, ur læsus tumida membra gerat.

De Padero.

Anhelitu tantum serpens necat ipse Paderus,
Inficit & spattam, qua iaculatus erit.

De Stellione.

Stellio, quo non est animal truculentius orbis,
In hominem infligit uulnera dira nimis.

De Basilisco.

Rex est serpentum Basiliscus, quem modò uincunt
Mustelæ insultus, sæuaq; bella feræ.
Lernæum uermem Basiliscum fœda Cyrene
Producit, cunctis maximè perniciem.
Et nasci ex ouo galli, si credere fas est,
Decrepiti, infimo, sole nitente, docent.
Sed quoniam olfactu lædit, uisuq; ferarum
Omne genus, credas, nulla tenere bona.

Ossaq;

De Sepe.

Oſſaq; diſſoluit cum corpore tabificus ſeps,
Hic hiemis calidus frigora nulla timet.

De Scorpione.

Horrendum eſt animal, ſed ſcorpius ecce uenenum
Obliquo mittit uulnere ſemper idem.
Ex ouis naſci docti, rerumq; periti
Narrant complures, tam mala damna feræ.
Quidam per cancros, dum chelas dempſeris aiunt
Progingni, id Naſo carmine ſic docuit:
Concaua litaorei ſi demas, brachia cancri,
Scorpius exibit, caudaq; minabitur unca.
Et quamuis multum ſit pernecabilis ictus,
Beſtia quem ſupit, dat tamen iſta bona.
Scorpia nam triſtis potatus palladis imbre,
Mirifice linctu ſabula dira domat.
Et cum uulnus atrox incuſſit ſcorpius ipſe
Tuntatur, poſitus uulnera namq; leuat.
Nec non formiculo calidum annectatur acetum,
Aut uiuum ſurphur: nam bene mundificat.
Caſeus aptus erit, fimæ de lacte capellæ,
Vel cerebrum galli, galbana uel polium.

De Situla.

Situla paruus item ſerpens ſputamine lædit,
Et ſenſus tollit, tollit itemq; motum.

De Taranta.

In uita lædit nullum taranta crudelis,
Post mortem serpens sed uiolentus erit.

De Boa.

Boa quidem est serpens, quem tellus itala mititur,
Hunc bubulum plures lac enutrire docent.

Βοτανολογια.

De cardone benedicto 1.
de marrubio 2.
de portulaca 3.
de absinthio. 4.
de eruca 5.
de aneto 6.
de menta 7.
de ruta 8.
de lactuca. 9.
de caule 10.
de capparibus 11.
de boragine 12.
de salnia 13.
de sansuco 14.
de serpillo 15.
de bethonica 16.
de plantag.maio. 17.
de plantag.mino. 18.

de ap-

de appio 19.
de malua 20.
de ſabina 21.
de porro 22.
de abrothano 23.
de pulegio 24.
de nepta 25.
de portulaca 26.
de cerifolio 27.
de artemiſia 28.
de buggloſſa 29.
de origano 30.
de attriplice 31.
de uerbena 32.
de muliere 33.

Βοτανολογια, hoc eſt multarum herbarum ſermo.

DE CARDONE BENEDIC.

Cardinam monſtraſſe ferunt dia numina plantam,
Subleuet ut raptim corpora feſſa lue.
Hæc reparat quoniam proſtratum certe calorem,
Vim digeſtiuuam nec minus illa iuuat.
Et ſubitò confert illis, quos calculus angit,
Prouocat urinam, ſi minus illa fluit.

De

De Marrubio.

Marrubij uarios compescit potio morbos
Pectoris, hoc tußim sanat, & asmaticos.
Accelerat partus duros, pellitq; secundas,
Es iuuat ictericos, uulnera mundificat.

De Portulaca.

Pœonias artes si uis negligere, spernas
Andrachnen, stomacho quæ sotet esse mala.
Feruorem solis tamen hæc commesta nocere
Non sinit æstiuum, Plinius ut docuit.

De Absinthio.

Constat terribiles absinthia posse dolores
Pellere citrinos, si bene mansa forent.
Atq; iuuant stomachum mira uirtute solutum,
Anginam pellunt, fastidiumq; leuant.

De Eruca.

Si condituris cocus hanc admisceat herbam
Erucam, magnum præstat aroma cibis.
In Vænerem lentos roborat quæ certè priapos,
Quæ tußim pellit, si bene cocta, citò.

De Aneto.

Aßiduè bibitum uisum necat, & genitale
Claudit iter, uentrem seu nocuisse uolunt:
Vlcera sed fertur membri curare uirilis,
Et dare, quòd nutrix munera lactis habet.

De Menta.

Vim calidam siccamq; gradu fert menta secundo,
Quam stomachus languens optat adesse sibi.
Et quam concretum lac soluere dicimus omne,
In mammis duris si super imposita est.

De Ruta.

Ruta quidem occultum fertur resecare uenenum,
Quod Mithridates ponticus esse docet.
Hæc neruos schiasimq; iuuat, febrisq; medetur,
Et confert luscis maximè luminibus.

De Lactuca.

Vtilis est stomacho lactuca, remollit & aluum,
Candidulum ac semen somnia uana lenit.
Tempore quū uernat, uel cum modò Syrius ardet,
Gratior est eadem, sed Venus inde perit.

De Spinahia.

Spinachiam comedas mollem, sed proijce primum
Ius, stomaho poterit sic minus esse mala.
Hæc lenit inprimis multum præcordia dura,
Et fert clamosis commoda pleuriticis.

De Caule.

Caulis Romana, Græcorum Braßica lingua,
Dicitur hæc uentris posse lenire moram.
Atq; omnes narrant caligine lumina tergi
Eius, qui caulis uescitur, ecce comis.

De

De Cappare.

Capparis & folio, flore & lactare palatum
Dicituo, & splenem posse iuuare citò.
Atq; iecur clausum ualeat reserare potenter,
Vesicæ & patulas reddere posse uias.

De Boragine.

Herbula quam Græci dixerunt Mellisophillon,
Boraginem nostri, dentibus antidotum est.
Lumina purgari caligine Plinius inquit
Illius succo, perlita si fuerint.

De Saluia.

Saluia miscetur uir o, potata querelis
Prodest sicecoris, menstrua sicq; lenit.
Trita, uenenatos iuuat, & super addita, morsus,
Estq; salus tremulis saluia poplitibus.

De Sansuco.

Exornat qnoq; sansucus perfectè culinas,
Herba quidem mollis, sed bene grata cibis.
Quæ tumidis reserat multum spiracula uentis,
Hanc, cui sit matrix, ægra puella colat.

De Serpillo.

Serpillum miscere cibis languentibus, est mos,
Compescit uentris tormina namq; mala.
Aegroti capitis solet & sædare dolores,
Vrinas ducit, menstrua purgat item.

De Bethonica.

Cethonica immodicum uentris sedare dolorem
Dicitur, à cœna si modò sumpta fuit.
Plinius, hanc, inquit, qui secum gesserit herbam,
Illi non poterunt ulla uenena dari.

De Plantag. maior.

Persiccat glantago nimis caua uulnera maior,
Ventriculum fluidum reprimit ista quoq;.
Hic iuuat asmaticos, multum iuuat atq; caducos,
Mansa quidē hydropicos curat & hic tumidos.

De Plan. minore.

Febres, si succum biberis plantaginis huius,
Proscribes longas, Plinius ut cecinit.
Quod iuxta nares uel lumina nascitur ulcus,
Hoc narrant istum tollere posse citò.

De Appio.

Est appium dictum, quod apex hanc ferre solebat,
Victoris plantam, quando triumphus erat.
Virtutis calidæ, siccæ quoq; dicitur esse,
Hinc releuat mammas illita turgidulas.
Sedat feruorem stomachi, pellitq; tumorem,
prouocat urinas plantula mansa citò.

De Malua.

Flos maluæ coctus per mulsam uulnera sanat,
Sic strophas etiam, sic quoq; duucies.
Dissoluit raptim sic apostemata malua,
Morsus pestiferos herbula sicq; lenit.

De Sa:

De Sabina.

Et iuuat antracas Sabinæ feruida uirtus,
Menstrua deducens trita superposita.
Cerotis permixta cutem facit esse nitentem,
Vertiginem tollit, uulnera purgat item.

De Porro.

In multis morbis fertur medicamine porri
Hippocrates usus nobilis iste senex.
Istius succum dedit ipsis namq; bibendum,
Quos hæmopthoicos Attica lingua uocat.
Contractas uuluas succo curauit eodem,
Tussiculas magnas, tussiculasq; leues.

De Abrotano.

Nec minus abrotani promptum est mirarier altam
Stirpem, quam farctor rusticus atq; nouit.
Pæoneis quoniam prodest miscere medelis
Hanc herbam, menses quæ reuocare potest.
Febribus ac obstat, quæ summitur amne tepente,
Quæ tot uirtutes, quot tenet ipsa comas.

De Pulegio.

Pulei uires celeri comprendere uersu
Non datur, hæc totidem commoda quippe parat.
Nam potu & fotu stomachum, mihi crede, morantẽ
Puleium soluit, menstrua soluit item.
Pota quidem tardas hæc extrahit herba secundas,
Humores crassos extenuat eadem.

De Nepeta.

Herbam, quam Neptam uulgari more uocamus,
Hanc calanimtha uocat Græcia docta quidem.
Sicca calensq; illi uis est, & tertius illi
Est inutroq; gradus, sed lenit asmaticos.
Purgat & ictericos cum uino mitigat hausta,
Hæc iecoris morbos, tollit & hæc Venerem.
Compescit stomachi cum Baccho sumpta dolorem,
De domibus uermes pellit & ista quoq;.

De Portulaca.

Portulaca, & uulgi pes pulli more uocata,
Causonem tollit, dentis & hæmodiam.
Mansa uel hausta potest nimium restinguere fluxũ
Sanguinis, aut uentris plantula crassa citò.

De Cærifolio.

Est cærifolio uis acris, & ignea ualde,
Quod tritum cancris melle medetur esum.
Hoc mulsa bibitum pituitæ noxia soluit,
Lumbricos enecat, sed necat & tineas.

De Artemisia.

Artemim narrant primò inuenisse Dianam
Herbam, quæ purgat menstrua cocta citò
Vrinam potata ciet, lapidesq; repellit,
Pellit abortiuum subdita fœmoribus.

De Attriplice.

Attriplicem dicunt sacris modo posse mederi
Ignibus, ictericis rectificare iecur.

Atq;

Atq; super positam diram sedare podagram
Narrant, ac aluum soluere posse citò

De Buggloßa.

Lingua bouis Graio sermone Buggloßa uocatur,
Hæc coleram rubeam pellere certè solet.
Cardiacum, coleræ quem fecit copia nigræ,
Subleuat hæc miris plantula quippe modis.
Pulmonis nocuos, pulmonis detrahit hausta,
Vim memoram roborat, syncopis atq; malum.

De Origano.

Origani uires calidæ, siccæq; leguntur,
Quod iuuat ictericos, quod iuuat Hidropicos.
Cum mulsa bibitum choleram deponere nigram
Dicunt, & menses ducere posse quoq;.

De Verbena.

Verbena herba recens uulnus super addita curat,
Quæ tepefacta quidem faucibus addit opem.
Hac etiam quæuis putredo repellitur oris,
Viscera confortat, Plinius ut cecinit.

De Herba quadam amara, quæ dicitur Mulier rixosa.

Herbarum uires descripsit carmine Macer,
Ac dotes herbis dixit inesse bonas.
Omnibus ast utilem tacuit, si procul ab hortis
Plantetur, uel agris, procul & à domibus.
Hanc, lector credas, Mulierem nomine dicunt,
Vipperea lingua, uipperijsq; labris.

Radicem fert ipsa nigram, quæ fœtat ut hircus,
Quæq; assam fœdam uincit odore malo.
Candicat & folio uitta dum toruè tuetur,
Et florem profert terq; quaterq; nigrum:
Fructus dat toruos & pessima semina talis,
Quæ possunt multis damna referre bonis.
Vt sunt, coniunctos odio disiungere fratres,
Lingua seu truci findere amicitias.
Et facere inuisos genitori garrula natos,
Acuere & dentes semper in excidium.
Spargere gliscentes rixas, milleq; nocendi
Frandes, atq; dolos spargere uipereos.
Sextus hinc herba legitur gradus esse caloris,
Septimus in sicco, toxica sic superat.
Erruere ex terra hanc magni est, mihi crede, laboris,
Aq; uirum cordis postulat istud opus.
Hæc etenim claua saltem, seu fuste, flagello
Baccillo, aut trunco, est effodienda tibi.
Irriguum petit ipsa locum, quo crescere possit,
Aut quòd plantari cum ratione queat.
Nunc igitur Rheni non ripas occupet isthæs,
Sed medium, sacco uel mediante bono.
Alsa potetur, potetur Danubioq;
Proferat ut florem plantula rectè suum.
Hanc tibi descripsi, uiridem ut florescere in horto
Permittas nunquam, lector amice, tuo.

Radicum & seminum eleunchus.

De raphano 1.
de rapa 2.
de cepis 3.
de allio 4.
de rheubarbarico 5.
de rheuponti 6.
de semine urticæ 7.
de semine nasturcij 8.
de semine papaueris nig. 9.
de semine cumini 10.
de semine feniculi 11.
de semine anisi 12.
de semine coriandro 13.
de semine papauere albo 14.
de sinapi 15.
de baccis iuniperi 16.
de baccis lauri 17.

De Radicum, & seminum potentijs.

Raphanus in dentes, caput, & bona lumina sæuit,
Atq; hinc uentriculus nauseat aßiduè.
Hic facit ac olidos ructus, uel credito bombos,
Estq; potens uirus pellere lædiferum.

De Rapa.

Rapa quidem calida est, & corpus reddere potest
Obœsum, fœlix humiditate sua.
Ast uentris bombos si tu uitare laboras,
Adpones rapis pinguia iura tuis.

De cæpis.

Fellitis non esse bonas ait ipse Galenus
Cæpas, phlegmaticis sed bene proficuas.
Affirmant omnes mansas inferre soporem,
Et tremulis membris reddere posse robur.

De Allio.

Allia qui manè ieiuno sumpserit ore,
Hunc infecta nequit lædere lympha quidem.
Pulmonis uarias coctum cum lacte quærelas
Proscribit, tumidos & iuuat hydropicos.
Betæ radicem comedas, super igne perustam,
Non animam reddent allia sumpta granem.

De Rheubarbarico.

Est rheubarbaricum radix preciosior auro,
Quæ purgat choleram, phlegmata crassa quoq;.

Hanc

Hanc hepatis uitam rerum dixere periti,
Quod iuuet ictericos, quod iuuet hydropicos.

De Rheuponti.

Rheuponti est calidumq; gradu siccumq; secundo.
Quod confortandi uim tenet ecce bonam.
Est hæc, leptomeris, radix, quæ uulnera sanat,
Naris compescit rheumata sanguinea.
Atq; hemopthocis quæ confert, asmata curans,
Et splenem tumidum, mollit & ipsa iecur.

DE SEMINVM VIRTVTE.

De Semine urticæ.

Vrticæ semen cholicis cum melle medetur,
Tusiculam ueterem curat & omnigenam.
Ventriculi inflati tollit, mihi crede, tumorem,
Pulmonis fugus corrigit atq; nocens.

De Semine Nasturcij.

Dicunt feruentes quòd habent nasturtia uires,
Fortius ast feruet seminis ipse uigor.
Illud cum tepida contritum põdere drachmæ,
Inbibitum uentris soluere uincla solet.

De Semine Papaueris.

Vim gelidam narrant siccamq; papaueris esse,
Hinc quoq; somniferum dixeris esse quidem.
Aspera si fuerit uocalis reddita uena,
Hanc mulcent raptim spermata myconij.

De Semine cumini.

Obseruat sanus campestria grana cumini:
Nam stomachum, & lumbos fortificare queunt.
Atq; remollitum subducere certè lapillum
Vrinæ poterunt, trita sed exhibita.

De Semine feniculi.

Et maratri semen fœtæ cum lacte capellæ
Absumptum, uentris turgida quæq; leuat:
Cunctantisq; moras dissoluere protinus alui
Fertur, & è lumbis comminuit lapidem.

De Semine anisi.

Et facit anisi semen, si caumate languet,
Cor sanum, mansum pellit & iliacam.

De Coriandro.

Frigida uis multum coriandri dicitur esse,
A cœna sumptum conuenit ecce satis.
Xenotrates scripsit totidem cessare diebus
Menstrua, quot mulier antea grana uorat.

De Papauere albo.

Semen cum uino bibitumq; papaueris albi,
Dicitur hoc fluxus stringere posse malos.
Somnum dat facilem semen, compescit iniquam
Tußim, sed lædit turgidulos oculos.

De semine sinapi.

Exacuit sensus, purgat quoq; phlegma sinapis,
Sternutamentis si modò iuncta fuit.

Semi-

Semina Pythagoras inter quæ maxima dixit,
Extulit hæc multum, tu modò parce sumas.

De Iuniperi baccis.

Iuniperus profert baccas tutißima cunctis
Pharmaca, gustarunt toxica quiúe uirus.

De Lauri baccis.

Menstrua subducunt, lapidemq; epota resoluunt,
Fructus laurini, pectora itemq; leuant.

Granarij index.

De faba	1.
de cicere	2.
de lente	3.
de lupino	4.
de oriza	5.
de milijs	6.
de auena	7.
de spelta	8.

De Faba

Humorem crassum fabas progignere constat,
Has fuge, si placidè somnia noctis amas.

De Cicere.

Cortice post posito cicer en iecur, atq; lienem,
Vesicam & reserat, sed facit hoc Venerem.

De Lente.

Datq́; melãcholicos tibi lens, mihi crede, liquores,
Et neruos duros reddere quippe potest.

De Lupino.

Lumbricis mors est, pleno iecori atq; lupinus,
Sed presentis opis renibus esse solet.

De Oriza.

Candida si iungas studiose & amygdala lacti,
Ad mensam lautam tunc & oriza facit.

De Milijs.

Atq; melancholicos faciunt in corpore rores,
Vendicat hæc uilis sed sibi, rusticitas.

De Auena.

Scribit Oribasius Iuliani Cæsaris altus
Auctor, ut auenas, qui malè uiuit, edat.

De Spelta.

Speltam Romani, Zeam dixere Pelasgi,
Hæc alicam gratam porrigit artocopo.

Secundarum mensarum elenchus.

De malis	1.
de piris	2.
de persicis	3.
de prunis damas	4.
de prunis	5.

de

de cerasis 6.
de ficu 7.
de cydonijs 8.
de anellana 9.
de arbulis 10.
de sorbis 11
de nespilis 12.
de cydonijs 13.
de nuce pinea 14.
de nuce communi 15.
de castanea 16.
de malis punicis 17.
de uuis 18.
de uua passa 19.
de prunis siluest. 20.
de pomis nerancijs 21.

De secundarum mensarum ornatu, & primo de Malis.

Corda iuuant flammis agitata at noxia uentri,
Mala quidem neruis uel nocuisse patet.

De Piris.

Et uacuum uentrem astringunt modò pira, repletum,
Soluunt, Iliacam sed peperisse ualent.

De

De Persicis.

Persica sicca tenent uentrem, quem mollia soluunt,
Ardenti stomacho sunt bene fida eadem.

De Prunis Damascenis.

Prunaq́; conueniunt, quæ mittit clara Damascus,
Namq; solent duri soluere uentris onus.

De Prunis.

Astrictum soluunt aluum, sed pruna reposcunt,
Prandia prima quidem, dum calor esse solet.

De Cerasis.

Acria confortant stomachum, si sole perusta
Cerasa, lucullus quæ intulit Italiæ.

De Ficu.

Si noua sit ficus, nocua est, nam fluxibus apta
Narratur, siccæ ni sociata nuci est.

De Cydoniis.

Ad finem mensæ confecta cydonia prosunt:
Nam stomachi claudunt claustra benignè tui.

De Auellana.

Pontica nux capiti nocet, & tardißima uentri est,
Maximè quæ umbrosis nascitur in corilis.

De Arbutis, sorbis, nespilis

Arbuta, sorba tenent lapidosa & nespila uentrem
Si uacuus stomachus sumpserit illa simul.

De Cydoniis.

Cum tibi Cecropio confecta cydonia melle
Ponuntur, uentrem claudere certè queunt.

De Nuce pinea.

Intestina fouet, neruis, rubeoq; lapillo
Subuenit, & Veneri pinea grata deæ est.

De Nuce communi.

Nux caput obtundit, linguam conuulnerat, & nux
Pulmonem lædit, sed uirus omne necat.

De Castanea.

In caput & uentres castanea fertur echino
Tecta superbire hæc: nam calet ipsa nimis.

De Malis punicis.

Acribus est gelidus, feruescens dulcibus humor,
Dulcia gustantem peruomuisse uolunt.

De Vuis.

Quam nigram gustes, quæ sit tibi gratior, uuam
Neuúe inflet soles sit remorata duos.

De Vuis passis.

Passa iecur roborat, facit & quod fœtida uentris
Merda tibi nimium, nec graue pondus erit.

De Prunis syluestribus.

Frigida sunt, uomitumq; tenent syluestria pruna,
Multum condensant ubera longa quoq;.

De Pomis nerantijs.

Omnibus ecce Nerantia sunt gratißima odore,
Dulcia confortant, pectoribusq; fauent.

Myro-

Miropolij contenta.

De cinamomo 1.
de pipere 2.
de croco 3.
de zinzibere 4.
de nuce musca 5.
de Gariophi 6.
de lacte 7.
de butiro 8.
de caseo 9.
de eodem 10.
de sale 11.
de oleo oli. 12.
de melle 13.
de ouis 14.
de ouis trem. 15.

De Cinamomo.

Cinama iactat Arabs multum redolentia: namq;
Et iecur, & renes, putreq; pectus alunt.
Tedia matricis tollunt, tremulosq; lacertos
Confortant, uentrem & roborare solent.

De Pipere.

Est calidum in quarto siccum piper, atq; secundo,
Quod neruos siccat, phlegmata quodq; trahit.

Quod

Quod acuit stomachum algentem, & quod tormina uentris
Tollit, sed caueas, si tibi bilis inest.

De Croco.

Si mala sunt capiti segnes turbantia somnos,
Dant rubei flores pharmaca magna croci.
Atq; croco gaudet uenter, seu tristia corda,
Hocq; ede, si uisus expetis aßiduos.

De Zingibere.

Ignitum stomacho algenti fit zingiber ingens
Andidotum, siccat phlegmata crassa etenim.
Hoc odisse Venus potuit, sed so uere uentrem
Vsq; solet, condit zingiber atq; dapes.

De Nuce muscata.

Glandes muscatas fert India certè rubentes,
Vesica his patula est, has fluida aluus amat.
Et stomacho & iecori, uiciato speni, & ocellis
Subueniunt glandes, & caput ecce iuuant.

De Gariophilis.

Deiectum stomachum reparant gariophila multum
Aethiopis donat quæ tibi larga manus.
Hæc bene calfaciunt præcordia, tormina uentris
Excludunt, flatus quum malè uulua tumet

De Lacte.

Lac nocuum capiti est, putridis & febribus istud,
Sed præstat capræ, pòst ouis, inde bouis.

De Putiro.

Lac dabit aerei tibi condimenta butiri,
Quod facit, ut ſapiant fercula cuncta tibi.

De Caſeo.

Caſeus ante cibum confert, ſi defluat aluus,
Si conſtringatur, terminet ille dapes.

De Eodem.

Caſeus ad fundum ſtomachi bene fercula trudit,
Vim digeſtiuuam nec minus ille iuuat.

De Eodem.

Si nouus inpinguat, ſiccat uetus, attamen ambo
Et capiti, & ſtomacho, pectoribusq; nocent.

De Eodem.

Si ſtomachus languet, uel ſi minus appetit ille,
Fit gratus ſtomacho, conciliatq; dapes.

De Sale.

Exornat regum menſas ſal, cætera uincit
Condimenta, cibos ſal facit eſſe bonos.

De Oleo oliuar.

Abſq; oleo lactuca quidem condita ſaporem
Inſipidum præbet, mollit & hoc ſtomachum.

De Ouis.

Regula preſpiteri iubet hoc pro lege teneri,
Quòd bona ſunt oua paruula, longa, noua.

De Ouis tremulis.

Mollia pectus alunt tußim ſedantia raucam,
At durata time, nec diuturna placent.

Oυόν

Οἰνοπόλιον ea continet.

Quæ uirtus sit uino 1.
Vinum quod optimum 2.
de uino albo 3.
de uino forti 4.
de musto 5.
de aqua 6.
de dulci uino 7.
de uino Borag. 8.
de uino roris mari 9.
de uino enulato 10
de uino hisopi 11.
de uino saluiato 12.
canon de uinis 13.

De uarijs uini generibus.

Quæ uirtus sit uino.

Corda iuuant uini calices, subitamq; reportant
Lætitiam, uinum si moderatè bibas.

Quod Vinum optimum.

Si tibi delectum uini præscribere tentas,
Subrubeos primas, crede, tenere cados.

De Vino albo.

Hinc albo palmam tribuunt, ſed maximè claro
Aetatis mediæ, nam noua miſta nocent.

De Vino forti.

Fortia diſturbant, nimiumq́; furentia uina
Senſus, corrumpunt uentritulumq́; bonum.

De Muſto.

Impedit urinam muſtum, uel ſtercora uentris,
Heppatis anfraxim deſtruit atq; bonam.

De Aqua.

Potus aquæ lædit uentrem, facit atq; cruores
Crudos, ſic princeps, Corduba quem genuit.

De Dulci uino.

Sunt nutritiua plus dulcia candida uina,
Sed iecur obturant, non bene tuta gulæ

De Vino roris mari.

Phthiſicis andidotum eſt uinum de rore marino,
Confortat uiſum, cuncta uenena fugat.

De Boraginato.

Dat tibi Borrago uinum, quod curat amantes,
Cardiacam tollit, lætinamq́; facit.

De Vino enulato.

Si bibitur, mouet urinas, ex Enula Bacchus,
Tuſsim compeſcit, pectoribusq́; ualet.

De Vino ex Hyſopo.

Ex Hyſopo latices patrentibus ecce catharrum,
Proſcribunt, pectus mundificare queunt.

De

De Vino saluiato.

Saluia cum uino iecoris potata querelis
Prodest, & purgat menstrua sola nimis.

Canon de uinis.

Ex herbis uinum caput ad, post fercula gustes,
Ad iecur & renes, uenter inanis amat.

Metallorum hic descriptorum index.

De auro	1.
de argento	2.
de argenti scoria.	3.
de argento uiuo	4.
de plumbo	5.
de ferro	6.
de scoria ferri	7.
de ære cremato	8.
de chalibe	9.
de ære	10.
de antimonio	11.
de sulphure	12.
de sale	13.
de sale armoniaco	14.
de alumine	15.
de calce	16.

de tutia 16.
de uitro 17.
de uitriolo 18.
de terra si-
gna 19.

De Auro.

Sex numerant fluuios Docti, si uera fatemur,
Aurum qui fundunt per sua uada citi.
Hispanus Tagus est. Pactolus & Asius, Hebrus,
Traxq;, Padus Latius, Gange Sabæa tumet.
Quos omnes uincit pugnax Germania Rheno,
Fertilior fundit qui modò dona sua.
Quidam formicis tribuunt ex India tantum
Inuentum, arctois uel mage Gryphis opus.
Ast non curãdum est, tribuat quis Iuppiter aurum,
Commoda si noueris, quæ tibi ferre potest.
Aurum igitur melancholicis medicabitur arte,
Atq; elephantiasim tollere certe nouit.
Cum gelida si porrigitur, sedare tremorem
Dicitur hoc cordis, purgat & ora olida.
Sanguinis infecti notas cohibere fatentur,
Et fœdam capitis pellere alopetiam.
Frontem aurũ tristem fuluum, mihi crede, serenat,
Et ditat fœdos, dißipat atq; bonos.
Est hospes aurum magno uenerantibus honore,
Quo duce non notus nobilis esse potest.

Quo

Quo duce fit Dauus uel Chremes, Birria Simo.
Quo duce Therſites Nireus eſſe poteſt.

De Argento.

Auro uicinas argentum continet album
Partes, quod fundit Dædala terra iugis.
Argentum narrat, genuit quem Corduba, Princeps,
Infrigido & ſicco prima tenere loca.
Nec medicas horrere manus, ſi ſumpſeris ore,
Namq; ſitim pellat, deijciatq; famem.
Et tremuli ardores cordis proſcribere, docet
Is Princeps, multum frigiditate ſua.
Erudiat homines, ſola ut pecunia regnet,
Et quod paupertas uincere nulla queat.

De Argenti ſcoria.

Vulnera, quæ caua ſunt, argenti ſcoria replet,
Atq; cutis maculas, pruriginemq; leuat.
Vlcera matricis curat, uirgæq; uirilis,
Vnguentis fuerit ſi modò iuncta ſuis.

De Argento uiuo.

Eſt uiuum argentum mobile, ut Cyllenius ales,
Hinc ſibi Mercurij nomen ineſſe putant.
Quartus huic gradus eſt, calidi madidiq; uigoris,
Hoc latitat terræ foßile uiſceribus.
Iſtud quippe necat potantes more ueneni,
Copia ſed lactis congregat antidotum.
Extinctum pellit Pherecidis fata Tragœdi,
Et mures calidis pultibus impoſitum.

Argentum uiuum cinis, aut ſputamina tundunt,
Quod ſcabiem tollit per linimenta ſua.

De Plumbo.

Argenti nitidi ſcaturit qua uena mætallo
Hac plumbum foſſer dirripit arte ſua
Infrigitare gratu primo, humectare ſecundo,
Plumbum deſcribit maximè Serapio.
Lammina de plumbo lumbis ſuperaddita utriſq;,
Compeſcit Veneris turgida damna citò.
Et ſacrum inammis cum ſucco Palladis ignem,
Sanguinis & fluxum tollere certè poteſt.
Hoc pellit uirus fertur, quo læſus Orion,
Quod dederat Lunæ damna pudicitiæ.
Et lacerant anum turpes ſi fortè papillæ,
Vſq; bonam plumbi uis tibi reddit opem.

De Stanno.

Stanno ſicca gradu uis eſt, & frigida, primo,
Quod latet in terræ maximè uiſceribus.
Hoc tritum cotis medio collyna lippis
Præbet, uulnificos curat & ictus item.

De Ferro.

Quando lien tumido circumligat ilia nimbo,
Ignito ferro uina ſopita iuuant.
Quum ſcolon inuiſum morbi genus intima lædit,
Scobs ferri cauſas tollere quippe nouit.
Puluis & ingeſtus cum pauco nectaris albi
Confortat ſtomachum, turgitulumq; iecur.

De

De Scoria ferri.

Tertius à Medicis gradus est tibi scoria ferri,
In sicco ascripdus, tertius in calido.
Suffitum poteris quæ tu retinere rubentes
Fluxus, & cholcram sollicitare nigram.
Cum sanies teneras fœtens perterritat aures,
Scoria uino acri consociata iuuat.

De Aere cremato.

Aeraq; Pœonias fugiunt nec clara medelas,
Vstulata etenim uulnera mundificant.
Astringunt, atq; extenuant, siccantq; potenter,
Et uomitum causant æra cremata citò

De Chalibe.

In Ponto est chalibis, fertur, quòd gloria prima,
Qui candens lympha uiscera fortificat.
Si mixtus potetur aqua languoris aquosi
Proscribit damnum, sic iecur atq; leuat.

De Aere.

Ollas æratas, ac ærea uasa repellas
A mensa, neu sit mensa molesta tibi.
Namq; tegat pisces calidos si fortè patella
Aerea, uertuntur in mala damna citò.
Hinc etenim emergunt Elephas, & ulcera fœda,
Et cancer serpens, lurida lepra quoq;.
Dulces contineant æris si uascula potus,
Inducunt, splenis, seu iecoris uitium.

De Antimonio.

Vim calidam ſiccamq́; gradu, credas mihi, quarto
Fert Antimonium, quod Metrodotus ait.
Scobs antimonij Gallorum mixta Saponi,
Pruriginem tollit, mundificatq́; cutem.
Et pellit cancrum, phagedenica uulnera ſanat,
Hinc turpis Polypus naribus eijcitur.
Siſtit manantem bene deſiccando cruorem,
Naribus intruſa aſt uellere bombicino.

De Sulphure.

Sulphur terra quidem eſt calidi ui cocta, ſed ineſt
Huic gradus in ſicco, quartus & in calido.
Lippara dat ſulphur primas quod continet, iſtud
Eſt bezoar, tritum tollit & aſma necens.
Scorpius impreßit quod uulnus ſulphura ſanant,
Icterum potu ſulphura quippe leuant.
Et turpis lepræ ſuperaddita ſulphura notas
Proſcribunt, iungas ſi bene mella noua.

De Sale.

Exornat regum menſas, ſal cætera uincit
Condimenta, cibos ſal facit eſſe bonos.
Sal cum Nectareo fluxum impedit ecce liquore
Ventris, ſed ſplenem mundificare poteſt.
Hyblæo ſucco ſal mixtum dira ceraſtis
Vulnera conſolidat, Vippereasq́; plagas.
Attricis neruis ſal iungas, mellaq́; farris,
Exiguum medicas ſic dabis ipſe manus.

Sin-

Singula conseruat salis à putredine feruor.
Est dentifricium sal quoq; ualde bonum,

De Sale Armoniaco.

Armeniæ confert salis usus quando tumescit
Angina guttur, pendet & uua nimis.
Est armoniaco uis acris, & ignea ualde,
in quarto sicca est, est & acuta nimis.

De Alumine.

In quarto calidum, siccumq; ponatur alumen,
Sed melius Cypri dicitur esse quidem.
Gingiuas tumidas reprimit uel sanguine plenas,
Et roborat dentes, uulneribusq; ualet.
Gula si tumeat, lympha dissoluito alumen,
Quæ fauces poterit rectificare tuas.
Nereidum fonti si coniungatur alumen,
Dat thermas, curant quæ cutis omne malum.
Infra alas fœtet modò si Gorgonius hircum,
Ex hac minera lympha parata iuuat.

De Calce.

Viuentem ex oleo ueteri componito calcem,
Cui iungas oui spermata candidula.
Hac etenim mira poteris bonitate medelas
Combustis tutus reddere, crede mihi.

De Tutia.

Est incarnatiua quidem, phagedenica siccat
Tutia, sed pœnis uulnera quoq; iuuat.

Si ge-

Si genus est morbi miserum, quòd lumen adurit,
Per pelagi latices tutia certè ualet.

De Vitro.

Est calidum in primo uitrum, siccumq́; secundo,
Quod furfur capitis mundificare potest.
In lapides renum densus quum uertitur humor,
Hos cinis ex uitro, Chiaq́; uina leuant.

De Vitriolo.

Vitriolum medici calidum siccumq́; fatentur
In quarto, præbet quod bene collirium.
Naris manantem poteris retinere cruorem
Vitriolo, læsæ uulnera naris item.
Et fungos terræ si quis gustauerit, arte
Per uomitum poterit se releuare citò.

De Terra sigilla.

Si tua mensa quidem fuerit suspecta ueneno,
Reddere te tutum lemnia terra potest.
Hæc fluidam potata nimis morabitur aluum,
Hæc intestini est uulneris antidotum,
Hanc lympha si conspergas, parcoq́; Lyæo,
Serpentis morsus consolidare potes.

Dactilotheca, uel gemmarum scrinium.

Index Gemmarum.

De magnete 1.
de turcoi 2.

de

de granato 3.
de alectorio 4.
de lapide nise 5.
de adamante 6.
de draconite 7.
de achate 8.
de memphite 9.
de amethisto 10.
de bezoar 11.
de absintho 12.
de armeno 13.
de exebano 14.
de andromedonta 15.
de berillo 16.
de flogmo 17.
ee carbunculo 18.
de chrysolito 19.
de garatide 20.
de isculto 21.
de chelidonio 22.
de aliasa 23.
de corneolo 24.
de indaico 25.
de kakabrate 26.
de calco phone 27.
de lacteo 28.
de orphano 29.

de quadrato 30.
de galatia 31.
de quadro 32.
de quirite 33.
de ſamio 34.
de chelonite 35.
de corallo 36.
de trachio 37.
de zingnite 38.
de cerauneo 39.
de lap. lazuli 40.
de lichini 41.
de criſtallo 42.
de pumice 43.
de chalciti 44.
de lap. ſpongræ 45.
de æthite 46.
de gagato 47.
de heliotropia 48.
de hepheſtite 49.
de hæmatite 50.
de iacincto 51.
de iaſpite 52.
de lyncurio 53.
de molechite 54.
de medo 55.
de onico 56.

de saphiro 57.
de smaragdo 58.
de selenite 59.
de topasio 60.
de lapide reiben 61.
de lap. molari 62.
de cote gēmarū princ. 63.

Dactilotheca, uel gemmarum scrinium.

De magnete.

Addubitant multi, fiat quo fœdere, Docti,
Naturæ, ferrum quòd lapis iste trahat.
Quem Magneta uocant patrio de nomine Graij,
Magnesiæ quia sit finibus ortus idem.
Hic modò fœdifragas poterit reuocare maritis
Nuptas, coniugium conciliare malum.
Hic quoq; sermonis tribuit uim, crede, gerenti,
Acceptum reddit principibusq; uiris.

De Turcoi.

Turcois ab Indis portatur maximè uetus,
Cœcus, sed flauus, candidulusq; simul.
Lāguentem uisum gēmā hanc roborare probatur,
Et diros casus uertere posse ferunt.

De Granato.

Palmiferum lapidem Granatum dixeris esse,
Dum genus anthracis nobile fertur idem.
Nascitur insignis Trogloditarum in regione.
Quem tingit rubeus, puniceusúe color.

Commo-

Commodus iste lapis tristantibus est, bene cordis
Proscindit subitò noxia damna quoq;.

De Alectorio.

Dat capus, at uetulus, gemmam allectoria dictam,
Portantem inuictum reddere quæ poterit.
Quæq; sitim tollit summentis ore recepta,
Hanc auro includi pro ratione licet.

De Boracæ, uel lapite nisæ.

Et caput abscondit bufonis torue Boracem,
Qui in medio fictum continuat oculum.
Vel qui Bufonem præsentat imagine totam,
Ex capite eruitur quum modò gemma feræ.
Reptilium morsus curat lapis iste nocentes,
Et uentris sordes mundificare potest.

De Adamante.

India nigra quidem, credas, modò fert adamantem,
Qui de Cristallo congregat esse suum.
Huius duricies incudi cedere nescit,
Sanguine sed hirci frangitur iste citò.
Attrahit hic ferrum, magicis lapis aptus habetur
Artibus, & tundit somnia uana nimis.
Et facit, ut uincas hostes, si gesseris istum
Auro contectum, dira uenena fugat.

De Draconite.

Ex capite eruitur fuscus lapis ecce draconis
Oblongus, claro margine quiq; micat.

Is mo-

Is modo ſerpentes natura, credito. factos
continet, aut dipſas, uipereosúe typos.
Huncq; draconitem uictorem reddere poſſe
Narrant, hoſtiles uel ſuperare dolos.
Aut modo ſerpentum uires infungere cunctas
Fama eſt, & morſus conſolitare malos.

De Achate.

India quam diues gemmarum præbet Achatem,
Qui Nepæ uirus, Naricis atq; fugat.
Languentem uiſum ſolet hic corrigere tophus,
Fœcundumq; facit, fortificatq; uirum.

De Memphite.

Memphitim reddit calidum Babilonica Memphis,
Qui calet, ut ignis, quum bene tritus erit.
Hic datur, ut ſenſum tundat, quum ſcindere ferro
Statuimus: quoniam membra anodina facit.

De Ametiſto.

Purgureus color ac uiolaceus eſt ametiſto,
Quem dant Aethiopum feruida regna tibi.
Læthargum pellit, contrarius eſt temulentis
Vmbilico adpoſitus, dicit Ariſtoteles.

De Bezoar.

Eſt Bezoar triplex lapis, eſt nam puluerulentus,
Qui ſubcitrinus ſplendicat, eſt uiridis.
Candidus eſt, primum narrant ſed tãgere palmam,
India dat cunctos fertilis hos lapides.

Affirmant, ceruos tales effundere, multi,
Ex oculis dipsas quum comedisse ferunt.
Sed uis est cunctis par exstirpasse uenena,
Seu Næpæ morsus restituisse malos.
Collo suspensus curat quoq; uulnera, læsum
A morsu canis & uendicat iste quoq;.

De Absintho.

Exiguus lapis est absinthus corporis actu,
Subrubeis guttis commaculatus idem.
Et si conceperit lapis hic ab igne calorem,
Per luces septem continet hume quidem.

De Lapide armeno.

Cæruleus fit armeno color, & maculoso
Corpore comparet, sed uiret iste quoq;.
Nunc lapidem mittit pictoribus Incola fidus
Ameniæ, narrant quem modò fuabilem.
Is datur, ut pellat choleram de corpore nigram,
Seu uomitu cupias, siue per inferius.
Per uomitum ablutus, per uentrem minimè lotus,
Et sanat lepram, uertiginemq; lenat.

De Exebeno.

Exebenus lapis est speciosus maximè candens,
Qui colicam tollit, cœliacosq; iuuat.
Prouocat & Veneris furtiua incendia multum,
Et stomachum læsum quàm bene corroborat.
Dicitur atq; potens prægnantibus auxiliari,
A collo pendens, quum modò partus adest.

De Andromedonta.

Estq; maris rubri formæ, qnasi tessera, proles,
Quam Docti uocitant andromedonta quidem.
Est durus multum, quasi durities adamantis,
Qui lapis iratum rectificare potest.

De Berillo.

India gemmarum reddit fœcunda Berillos,
Pectora qui curant asmathe læsa nimis.
Infirmis oculis, latet in quis unda, medetur,
Portantem multum clarificare potest.

De Flogmo.

Et Nili ripas narrant effundere Flogmon,
Quum nimium scopulos unda relisa petit:
Est auro similis multum, & scintillat ut ignis,
Qui appositus fronti somnia læta facit.
Sulphuris hic uires tenet, & uirtute miranda,
Dæmonium exterret, uel fugat usq;, malum.

De Carbunculo.

Instar carbonis rutilat carbunculus, unde
Igniti nomen continet iste lapis.
Anthracem hunc etiam dicunt, sed more pelasgi
Lybia dat, noctu qui radiare solet.

De Chrysolito.

Aethiopes modò Chrysolitum dant, uana domantē
Somnia, uel Lemures, Thessala monstra quoq;.
Iste melancholicis timidis succurrere fertur,
Sed gerulum castum condecet esse suum.

De Garatide.

Albertus nigram docet esse Garatida gemmam,
Et scribit famam reddere posse bonam.
Facundosq́; simul, gratos, multisq́; placentes,
In buccis lapidem si modò contineas.
Sed fraus spucerum quia nil humana relinquit,
Hunc perscrutari sic bene tu poteris.
Corpus perungas, lapidem quum gesseris ore,
Hyblæo succo, quem tibi reddit apis.
Siq́; uolant muscæ tangentes corpus inunctum,
Nil ualet, intactum est sed bonus iste lapis.

De Isculto.

Hispanus mittit lapidem, nomine dicunt
Iscultum patrio, seu Gaditana plaga.
Hic subcitrinus hebeti pallore refulget,
Atq; alijs dictum uel Salamandra patet.
Quòd semel accensus conceptos detinet ignes,
Necq́; hunc Vulcanus comminuisse ualet.
Hic oculis confert fluidis, seu puluere læsis,
Serpiginem fœdam tollere quippe ualet.
Nocturnosq́; metus soluit, phantasmata pellit,
Et suadam reddit, uatidicamq́; phrasim.

De Chelidonio.

Et Chelidonium lapidem concedit hirundo,
Prima cum luna dislaceratur auis.
Hic curat febres, regales mitigat iras.
Hic gratum reddit principibusq́; uiris.

Hercu-

Herculeum morbum, languentes sanat ocellos,
Præclaros quouis uimit & hic lapides.

De Aliasa.

Atq; aliasa lapis multicolor esse probatur,
Siria quem mittit regio, siue Iamen.
Hic facilem somnum, sed somnia dira, ministrat,
Multiplicat lites, iniuriasq; facit.

De Corneolo.

Corneolum gemmam ueteres dixere sacratam,
Quod fluxum quemuis sanguinis ipsa fugat.
Quod disceptantes concordat gemmula talis,
Quod dentes mundat, putridulosq; leuat.

De Lapide iudaico.

Iudaicus lapides inter uilissimos omnes,
Ductibus est longis, quem Palestina coquit.
Prouocat urinam, cum uino sumptus, & iste
Vesicæ lapidem, & menstrua pressa trahit.
Et fluxum sistit, quem pars secreta uirorum,
Posterius fundit, maximè sanguineum.

De KaKabrate.

Cristallo similis kakabrates dicitur esse,
Titan quem mittit luce oriente polo.
Gratia præstatur per talem, gratia regum,
Sermonisq; decor, linguaq; docta bene.
Corrupti iecoris kakabrates soluere noxam
Tritus, uel splenis, rectificare nouit.

De Calcophono.

Calcophonus, si tractetur non corpore læso
Luxuria, uocem clarificare solet.
Propterea in scœnis lapis hic quàm gratum habeatur,
Est ubi clamandum Stentoris ore nimis.

De Lacteo.

Ceruariosq; lupos lapidem dare posse fatentur,
Qui rerum enarrant mistica doctè uiri.
Lacteus hic dictus, quòd lac dare poße probatur
Attritus, cineris tingitur instar idem.
In cinerem uersus lipposos curat ocellos,
Cum lympha ictericum, cœliacumq; iuuat.
Hunc quoq; dat Nilus septem fluus, hunc Achelous
Ponicus, multi quem Galatita uocant.

De Orphano.

Orphanus & lapis est, translucens maximè, solus
Romani in Regis cernitur iste mitra
Hic uario multum distinctus schemate fulget:
Candido nam clarus, puniceoq; micat.
Fulgurat in tenebris nonnunquam gemma sepulta,
Et famam incolumem seruat ad usq; finem.

De Lapide quadrato.

Et qui septeno lambentem flumine Nilum
Inhabitant, gemmam candidulam referunt.
Quadratam dicunt, sed & hãc quoq; nigra Sabæa
Mittit, Conceptus pernecat iste lapis.

De Galatia.

Grandinis instar habet, formamq́;, Galzia gemma,
Ictibus omnimodis non superanda quidem.
Quæ frigida intantum est, quod non calefiat ab igne.
Causam sed strictos dicimus esse poros.

De Quadro.

Vulturis in cerebro quadrus reperitur edacis,
Qui casus pellit maximè pestiferos.
Quiq; facit matrum complerier ubera lacte,
Infantes poßint pascere quòd teneros.

De Quirite.

Atq; quirin lapidem conscribunt dactylothecæ,
Gemmarum uires qui bene scire putant.
Vppupa reddit eam nido, quòd pandere poßit,
Vsq; secreta uiris fœmina, quæ retinet.

De Samio.

Samius à Samo dictus, uertiginis ingens
Qui cura est, partum sed remoratur idem.
Saucius aures purgat, mentemq; fugatam
Restaurat, colloquem modò si teneas.

De Chelonite.

Aethiopes nigri lapidem tibi dant Cheloniten
Ex conchis, uatem qui generare potest.
Ad magicas artes hinc perfectißimus esse
Fertur, sed flammas respuit iste lapis.

De Corallo.

Corallus modò Thyphonas, & fulmina, pellit,
A rate uel tecto, thessala monstra quoq;.
Vmbras dæmonicas pellit de mente dolorem,
Confortans stomachum languidulumq; nimis.

De Trachio.

Trachius ad partes nostras portatur ab oris
Ponti, quem sursum dixeris esse tophum.
Prodest gestatus tumidis intercute limpha,
Et dilutus aqua dentibus est utilis.

De Zinguite.

Zinguites lapis est, uitrum simulare dolosum
Aptus, Noctilopam qui leuat ecce malum.
Potatus stringit, patitur quem fœmina, fluxum
Sanguinis, hic fecem curat & ipse nigram.

De Ceraunco.

Ventorum rabie concrescit puluis in alto
In lapidem, in terram qui cadit inde citus.
Hunc, quem nos fulmen, Græci dixere Ceraunon,
Qui quemuis seruat, fulmine neu pereat,
Qui dulces somnos, & dulcia somnia præstat,
Sed castum gerulum postulat iste lapis.

De Lapite lazuli

Et lazuli lapis est flauus splendentibus auri
Guttis conspersus, dicit Aristoteles.
Lætali hic, quum grassatur quartana, calore
Subuenit, & choleram reprimit iste nigram.

De

De Lichini lap.

Lichinin portat ſedulus mercator ab indis,
Purpureum rutilat qui, uelut ignis edax.
Hic ſolus lapidum curat conuellere ceram,
Attrahit & frondes, attrahit & paleas.

De Criſtallo.

Criſtallus ſoli ſubiectus concipit ignem,
Quem iacit in fungos, quos rutilare facit,
Hunc lapidem præſtant hiblæo melle ſolutum
Matribus, ut lactent pignora lacte bono.

De Pumice.

Eſt durus, ſed frangibilis, leuis, atq; poroſus
Pumex, turbatos limpidat hic oculos.
Vulnera conſolidat, dentes conſtringere fertur,
Ac eſt pſillotrum, rheumata ſiſtit idem.

De Calciti.

Aeris fert ſpeciem calcitis nomine tophus,
Epulidas tollit qui modò ſordidulas.
Cum porri ſucco qui ſacros tollit & ignes,
Sanguinis aut fluxum qui ſuperare ualet.

De Lap. ſpongiæ.

Spongia dat lapidem durum, quem pellere certum eſt
Strumas, & menſes ducere ritè poteſt:
Veſicæ lapidem frangit, uel ſabula fracta,
Ex lumbis pellit pulueriſatus idem.

De Ethite.

Inter præcipuos lapides numeratur Ethites,
Aquila quem nido congregat ecce suo.
Quo ualeat pullis diros auertere casus,
Hic imprægnatis dexter adesse solet.
Et modò gestanti largitur sobrietatem,
Victoremq; facit, diuiciasq; parit.

De Gagate.

Nascitur in Lycia lapis & prope gemma gagates,
Lucidus ac niger, dentibus antidotum.
Qui per suffitum mulieri menstrua reddit,
Accensus prodit qui bene lunaticos.
Effugat immites simili ratione Chelidros,
Dæmonibus diris fertur & esse malus.

De Heliotropia.

Sanguinis astringit fluxum heliotropia gemma,
Seruat & incolumes, dira uenena fugat.
Nec falli poterit lapidem, qui gesserit istum,
Qui futura docet, phatidicamq; phrasim.

De Hephestite.

Dictus hephestites lapis est, qui luce chorusta
Visum perstringit, fulgurat atq; nimis.
Accensus itidem compescit seditiones,
Grandines hic pellit, pellit & hic nebulas.

De Hematite.

Sumpsit hematites græcum de sanguine nomen,
Quem uisus tardos clarificare uolunt.

Vesicæ lapidem si potus, soluere fertur,
Et naris luxum impedit iste lapis.
Hic palpeprarum super illitus asperitatem
Tollit, & hic morsus uippereas nocuos.

De Iacincto.

Iacincti species Docti tres esse loquuntur,
Omnes qui poßint corroborare bene.
Qui faciant tibi serpentis quod cauda nocere
Nulla queat, tutum fulminis & faciant.

De Iaspide.

Castè gestatus febrem fugat, arcet hydropem
Iaspis, qui partus, uentriculumq; iuuat.
Hic fluxum sistit quemuis, de uulnere factum,
Et tutamentum creditur esse bonum.

De Lyncurio.

Lyncurium stillare ferunt ab inguine lyncis,
Qui stomacho est gratus, curat & ictericos.
Rheumata compescit uentris, ferrumq; domare,
Instar magnetis, dicitur iste lapis.

De Molochite.

Crassum quippe uirens molochites nomine, cunas
Protegit infantum, protegit & pueros.
Neu teneros artus pars poßit iniqua nocere,
Quem nobis reddit nigra Sabæa quidem.

De Medo.

Medus fraudatos uisu persanat inunctus,
Restituitq; oculos, pectoris estq; salus.

Hicq;

Hicq; super cotem mulieris lacte solutus,
Enixis confert, nephericosq; iuuat.

De Onice.

Collo suspensus onix digitoue ligatus,
Insomnes lemures pellit & iste Lares
Multiplicat lites, & commouet undiq; rixas:
Marmoris ast recitant hunc genus esse quidam.

De Saphiro.

Atq; reperitur lybicis permixtus harenis
Saphirus, fraudes qui superare ualet.
Qui lapis, ut perhibent, educit carcere uinctos,
Placatumq; Deo reddit & iste lapis.
Hic corpus uegetat, conseruat & integra membra,
Anthracis morsus pernecat iste quoq;.
Tollit & ex oculis sordes, frondisq; dolores,
Et uicijs linguæ subuenit ille citò.

De Smaragdo.

Griphibus eripiunt Arimaspi certè smaragdum,
Quem tempestates pellere posse ferunt.
Hunc præscire uolunt, ac diuinare futura,
Qui portat lapidem, si modò castus erit.
Auget opes multum, dans persuasoria uerba
Omnibus in causis, febribus addit opem.
Et sanare potest mira ratione caducos,
Collyrium est oculis turbidis atq; bonum.

De Selenite.

Nec Seleniten fas est omnino tacere,
Lunares motus qui retinere solet.
Crescit enim luna crescente, minorq; minuta
Efficitur, pthisicos is lapis atq; iuuat.

De Topasio.

Nominis eisdem Topasion insula gignit,
Fertur sanguineum sistere posse malum:
Feruentes etiam compescere dicitur undas:
Hunc Arabum gignit fertilis illa Plaga.

De Lapide reiben.

Dat Reiben lapidem cancri caput usq; rotundum,
Exterius modicum, concauum & interius.
Hic super impositus sanat quem scorpius atrox
Læsit, expurgans renibus sabulum

De Lapide molari.

Virtutes lapidum multi scripsere, molarem
Te, quis non credat, sed tacuisse nephas.
Mentio milla tui sit, te mola carmine iusto
Cur priuant Docti, commoda curq; tua.
Scribit corallum Metrodorus maximus auctor,
Chrysolitum uersu Democritus cecinit.
Sardonicem, Prasium Zoroastes carmine multo
Dixit, & insignem nemo poeta molam.
Qui fit, quum decus es lapidum, quum nobile pondus,
Quum sine te uitam ducere nemo potest.

Granum accipit, sed farr reddit, tua mira potestas,
Qua saciant matres pignora chara sua.
Nec Veneris sunt grata adeo, nec munera Bacchi,
Vt tua quæ prodit Dedala terra sinu.
Italiæ puer en oculos præstringit, & aufert,
Sed molitor cunctos cœcat amore tuo.
Nil ideo est, uates quod dant mendatia rebus,
Quum titulos poscunt præterijsse molæ.
Qua sine nulla quies, sine qua nec ulla uoluptas
Perpetua est, præsens gaudia quæ tribuis.
Exornat digitos gemma, & tu fercula regum.
Namq; labore tuo fit mediante Ceres.
Non metuis fures nocturno tempore, uel quod
Est maius, neruos, Phallaridisúe minas,
Te non corrodunt mures, tu singula rodis,
Non tineas pascis, pascis at ipsa deos.
Sit sana gemmis uirtus, sint præmia magna,
Maiora ipse lapis commoda, crede feres.
Decipit emptorē, persæpe etenim, uel fallere gēma
Consueuit fuco, tu petra fraude cares.
Dignam igitur te laude molam, te laude molarem,
Cur quis non credat præterijsse nephas.
Cætera blandiri uidear ne fortè, silebo:
Sit satis ad gemmas nam numerasse molam.

De Cote gemmarum principe.

Quas referam coti laudes, præconia quænam,
Coticulæ adscribam, quæ decus est lapidum.

Quæ decos est lapidum, lapidis quæ nobile pondus
Cui par non uident secula nostra semel:
Omnes namq; facit cotis reualescere puluis,
Quos uexat dirus sonticus ecce dolor.
Post partum enixæ negat atque tumescere mammas,
In puero testes, turgidulosq́; leuat.
Et resolutus aqua iuuat hos, qui sanguinis ore
Guttas emittunt, cos bonus ecce lapis.
Nam capitis fœdam fontis fundamine mixtus
Curat alopetiam, splenedicasq́; tabes.
Et cutum reddit lapis hic quemcunq; gerentem,
Ne morsu lædat gens inimica canum.
Atq; hic est reliquis gemmis certißimus index,
Quo uel discerni cum ratione queant.
Indicat & frictu qui splendida quæq; metalla,
Vt poßit magno tutus abesse dolo.
Quæ laudes igitur, cotem præconia quænam,
Coticulam deceant, scribite Pierides:
Nam mihi deficiunt laudes, & carmina desunt,
Quis lapidem scribam pro ratione satis.
Scindere quæ ferunt facit, & documenta ministrat
Scindendi, quamuis scindat & ipsa nihil.
Quis etenim mundet floccis tumicato popello,
Vestes si cotis non foret officium.
Quomodo uelq́; suum tracter nouacula munus,
Duræ si cotis sit modò nullus amor.

Martia

Martia quis denuò gestaret ferrea spicta,
E medio positus si lapis iste foret.
Mensæ hæc disponit Cereris dia munera rupes,
Disponit uitulum dentibus, atq; bouem.
Finderdis lignis parat ac in cote secutes
Rusticus, & farctor cotis amore flagrat.
Summatino reliquas superat sic facilè gemmas,
Corneolum, sagolam, Chrysolitum, lupparem.
Corallum, Andromedam, Chrisophrason, Gagotræum,
Hexecantholitum, Ceurauneumue, Onicem.

S.

THRENODIA ECCLESIAE CATHOLICAE AD Christum sponsum suum.

CHRISTE *laboranti rogo dextram porrige sponsæ*
Ecclesiæ, languet quæ lachrimosa nimis.
Saucia uulneribus quæ fossa est mille cruentis,
Vlcera quæq; suo corpore multa tenet.
Omnibus opprobrium, quæ nunc est fabula uulgi,
Pauperis & ludus, diuitis atq; iocus.
CHRISTE *laboranti nisi dextram porrigis, actum est,*
En modò de nobis, consule CHRISTE *citò.*
Tanta etenim Martis uexatur turbine Papa,
Olim qui fuerat anchora sacra mihi.
Vt modò suppetias ullas mihi reddere poßit,
Aut poßit fidas reddere CHRISTE *manus.*
Olim certè fuit mundi caput, at modò non est,
Per quem tutari poßit ouile tuum.
Triplex in pretio fuerat, mihi crede, corona,
Quæ nunc sub pedibus sordida CHRISTE *iacet.*
Ergo laboranti tu dextram porrige sponsæ
Ecclesiæ, languet quæ lachrimosa nimis.
Non est tardandum, si uis seruare salutem
Sponsæ, nauiculam neq; subire tuam.

Papa ecclesiam curare non potest.

Cardinales parum curāt ecclesiam.

Omnes, cardineus uestit quos fune galerus,
Ecclesiam spurcant en malè CHRISTE tuam.
Inter eos non est, qui me soletur egenam,
Aut qui promittat prosperiora mihi.
Propter equos uisant phalleratos Pontica regna,
Ecclesiæ census turpiter ut pereant.
CHRISTE laboranti nisi dextram porrigis, actum
Est modò de nobis, consule CHRISTE citò.

Episc. quidā. parum de ecclesia.

Antistites etenim commissa negotia sponsæ
Frigide pertractant, consule CHRISTE mihi.
Officium est illis lepores agitare trementes,
Nutrireq; canes, Anglia quos aluit.
Seu quos ad syluas docuerunt Gnosia regna,
Aut quos Sparta dedit, templa neglecta iacent.
Auxiliatrices manus ô mihi CHRISTE ministra
Sponsæ, nec moram fac rogo CHRISTE grauē.

Sacerdotes ecclesia negligunt.

Namq; sacerdotes, quibus intuli nomina sancta,
Et quos præsidio nocte dieq; foui,
In me ludificant, sic & nigredine fœdant,
Sic asini auriculos fingere mihi solent,
Vt si commendent peligni carmina uatis
Me, uel Lucani, Mantua siq; chelis.
Non mihi surriperent maculas, & stigmata pressa,
Nec priscam famam reddere mihi queant.
Hij populi peccata uorant, stipendia CHRISTI
Absumunt, madidi Bacchica festa colunt.

Illis prompta manus talo est, hos alea captat,
Donec sub media sydera nocte micant.
Calixtus quondam Romanus quippe sacerdos
O quàm damnandi pectoris egit opus.
Quùm modò sacratis uetuit connubia lectis,
Liberior uicijs quod sacra uita foret.
Namq; illis studium est tædas fœdare iugales,
Virgineosq; flores tollere luxuria.
Aut alere in domibus meretrices siue charybdes,
Quas modò diuitiæ nec satiare queant.
Quiq; uno quondam fuerat contentus amore,
Ille modò plures ritè fouere potest:
Ex quîs progenerant sanati pignora multa,
Ecclesiæ proles quæ uocitare solent.
Eheu non proles, aliæ si mihi dabuntur,
Has etiam spurcas me pepulisse iuuat.
Auxilium modò CHRISTE tuum tua sponsa præca
tur,
Et rogat, ut properes reddere suppetias.
Namq; olim fueram magnatum dulce solamen,
Quæ nunc explodor, mordeor opprobrijs.
Ornabant nostros regalia dona penates,
Ecclesiæ & fuerant singula læta tuæ:
Nunc malè dirripior proprijs, & diuite gaza
Despolior, latro mulctat ouile Dei.
Ecclesias quidam porcorum nunc stabula fingunt,
Atq; canum plures antra nephasta nimis.

Calixtus ma trim. sacerd. abrogant.

Magnates ec cles. spoliãt.

Heu quibus officium fuit, & data cura tueri,
Pace loquar, faciunt omnia dira mihi.
Ecclesiæ census consumunt turpiter, & quod
Est maius, uenduntsingula sacra mea.
Chrismata, baptismum, calices, stolasq;, crotalla,
Et casulas, albas candelarumq; sacrum.
Nemine defendor, uarijs petor artibus, & nunc
De corio multum luditur usq; meo.
Nullus adest, nostrum qui pellat, Carolus, hostem,
Fridrichos omnes hæc mihi secla negant.
Nobilitas prisco nimium discescit ab ortu,
Ferdinandus adhuc heu mihi solus adest.
Hunc mihi CHRISTE ducem tu longos differ in annos,
Ne noua sublato principe damna fleam.
Totus non mundus, quòd si, mihi, talis abiret,
Afflictæ poterit reddere suppetias.
Nunc etenim ecclesiæ nititur tractare sacratam
Rusticus agrestis concionando fidem. Quisq; cōcionatur.
Nauiculamq; Petri, credas, non ritè gubernat,
Qui modò uel certo, qui modò farctor erat.
Qui modò farctor erat, fuerat qui lanio pinguis,
Atq; alij, quorum nomina crimen habent.
Eheu prophanis tantum stipendia dantur
Nostra, mihi cupiunt qui modò ferre necem.
Vndiq; diuersis agitor distracta periclis,
Ni mihi protector sponsus adesse uelis,

Vel

Vel ui magnanimus princeps Ferdnandus amator
Ecclesiæ, tutum præbeat auxilium.
Nunc fert ancipitem saxa in resonantia pupem
CHRISTE tuam, diris humidus Auster aquis.
Ante oculosq; meos uersatur mortis imago,
Varia ui sponsus mitis adesse uelis.
Qui Baccho teneras coniungit arundine uites, Vinitor cõcionatur.
Vt repleat dulci concaua uasa mero:
Et qui diuitias cœcum concludit in antrum, Auarus.
Et spernit solitas uentre famente dapes:
Ebrius &, tota qui siccat poccula nocte, Potator.
Omniuori tantum gaudia uentris amans:
Qui mare ueliuolum, plenumq; furentibus Eures, Nauta concionatur.
Scandit & æratas in sua lucra rates:
Qui trepidus tacito confundit in igne metallum,
Promittens auri pondera magna noui:
Omnes hij spondent tua CHRISTE sabubria uerba,
Promulgare pia concionando phrasi:
Clamant isti omnes & sesquipedalia dicta,
De plaustro latrant concionando tibi.
Iniusti, immites, cupidi sine pace, proterui, Infima Rex concionat.
Fallaces, duplices, absq; timore leues.
Lucrones, rabulæ Balatrones atq; cinœdi,
Singula pro arbitrio concionando docent:
Omnes hij spurcant, fœdant, & scismate sanctos
Contaminant ritus, ritus in Ecclesia.

Ecclesiam modò CHRISTE tuam contaminat omnis,
Pelles qui tractat, textor, inersq; cocus.
Ah miseri isti omnes læuo sub sydere nati,
Qui sponsam CHRISTI sic maculare student.
CHRISTE laboranti rogo dextram porrige spõsæ
Ecclesiæ languet quæ lachrimosa nimis.

Virtutes ab ecclesia absunt.

Namq; silet probitas, pudor exulat, explicat alas
Ad limen pietas, dexteritasq; fugit:
Istis succedunt rixæ, dolus, & mala furda, rapinæ
Periurium fallax, mendatiumq; leue.
Vrbibus egrediens loca per deserta uagatur
Virtus, & uicium grande tribunal habet.
Ars mea mortales ad olympia regna, Deumq;
Hactenus hortari sedula semper erat.
Ecclesiæ monitis sed non est ullus in orbe,
Qui uiduam me nunc audiat, ecce bonus.
O uerè ingrata meritorum oblita meorum.
Secula, quæ tribuunt premia tanta mihi.

Precatio ad Christum.

CHRISTE igitur uenias rogo te per fœdus amoris,
Quinq; per in corpus stigmata pressa tuum.
Per tua, quæ roseo manduerunt, membra, cruore,
Quaq; olim tibi sum sponsa dicata crucem,
Vt populos moneas uitiorum mole grauatos,
Assuetis discant abstinuisse malis,
Et sic ad mentis lachrimas animiq; recessus
Perueniant, illos pœniteat scelerum.

Abij.

Abijciat sacer ordo malum fallibile luxus,
Ecclesiam & redamet, poßidet unde sua:
Magnates fugiant damnatum crimen habendi
Alterius gazas, Ecclesiæúe bona:
Vinitor, artocopus, faber, & qui uellera tingit,
Nauta, Balatrones, textor, iners'q; cocus,
Isti omnes, quam quisq; nouit, hanc tractet & artē,
Verbum dimittens concionando sacram.
CHRISTE ueni, tecum ueniat generosa propago
Ecclesiæ fautrix, quæ ferè mersa iacet.
CHRISTE rogo properes, omnis discedat abusus,
Et cœci errores, quos tua sponsa notat.
Da uerbi fructum, da ueri lumen, ut adsit
Vna fides, unum fiat ouile quoq;:
Sic poterit statum tua sponsa recipere puscum,
Et melius pacem tempora nostra tenent.

DE NVMI MONARCHA-
tu ioculare carmen Pictorij.

AD lautem si certè ponas, non maior in orbe
Rex uiuit, numo terq; quaterq; sacro.
Hunc etenim Zephiri populus ueneratur, & Euri,
Arctoi cultor, turgidus Auster aquis:
Hunc colit & Pluto, colit hunc Saturnius ipse,
Ventorum dominus, Ennosogæus hebes:
Pitacus, Empedocles, & tristia cornua Stoæ,
Pseusippus, Thimon, Parmenidesq; Plato:
Bartolus, & Baldus, numum, uerbosus & Ason
Captat in amplexus, Iustinianus ouans:
Presbiter in templo non cantat, si modò numus
Non præsens fuerit, numus in ecclesia.
Numus iter cœli claudit, reseratq; petenti,
Plutonem fallit, perpetuumq; Iouem:
Corrumpit iustos, numus putealq; solerter:
Et facit, ut iudex det mala uota bonis.
Mancipat hic reges, regum diadema ministrat,
Et facit, ut Cæsar, uel habeare Deus.
Est hic Romani facilis sacra anchora regni,
Oppida quæ retinet, dirruit atq; simul.
Pulchrius ignifluo nihil est sub sole creatum
Numo, necquicquam pulchrius esse potest:

Nam

Nam facit hic Irum Crœsi superasse crumenas,
Rusticus ut poßit nobilis esse Baro:
Vt consul rhetor, rhetor de consule fiat,
Hoc duce legittimus spurius esse datur.
Numus & ipse trahit plures in prœlia Martis,
Vt modò delicias uulnera sæua putent.
Numus cum rigido tellurem uersat aratro,
Et stimulat bijiuges per bona rura boues.
Numus conducit stabulis hoc tempore seruos,
Romæ, Cardineus quos fouet usq; focus:
Atq; suis miseris noua uectigalia reges,
Numus quos stimulat fingere quippe solent:
Dirruit, ædificat, mutat quadrata rotundis
Numus, & infringet robora cuncta manu.
Numus emit uestes Sarrano murice tinctas,
Et gemmis ornat indicis ipse manus
Exornat Tyrio uestitu numus, & ornat
Vellere numus ouans candidiore niue.
Herculis hic penetrat longinquas certè columnas,
Eoosue situs frigora uel Scythica.
Est numus uehemens multorum causa malorum,
Sæpius & causa est maxima certè boni.
Pactoli dat numus opes, & Hydaspis harenas,
Quicquid & effundit diuitis unda Tagi:
Et tribuit fuluum formica quod egerit, aurum,
Inda, uel arctous quod mage gryphus amat.

Numus seu donat rubeum, quod colligit, aurum,
Rhenus, fæcundas, quas tenet Hister, opes.
Inter mortales non est sublimior alter
Numo, qui lassum uel laborare facit.
Hic Baccho teneras coniungit in ordine uites,
Vt repleat dulci concaua uasa mero.
Concoquit hic aurum potabile, philosophorum
Et lapidem numi ductus amore sacri.
Hic cupidus rabido confundit in igne metallum,
Vt numum inueniat, qui modò cuncta regit.
Est, qui Romanam uelox discurrat ad urbem,
Absentem numum qui reparare queat.
Ob numum rigidis tentat prosternere syluis
Venator ceruos, capreolosq; leues.
Et recutitus iners, nostro qui fœnore uiuit,
In numi iurat uerba sacrata sui.
Euocat hic manes cristallo, ductus amore
Numi, latrantem Tartareumúe canem:
Ille Genethliacam prædicit fata per artem
Numo perdoctus, nil prius orbe uiret:
Astrorum petit ille uias, Zonasq; patentes,
Vt numum sacrum possit habere sibi.
Zinziber & crudum, piper, & cocus & cinamomum,
Mercatur numo, deliciasq; gulæ.
O sacer, & magno est numus uenerandus amore,
Qui neruis belli dicitur esse bonus.

Aedifi-

Aedificat turres, celſas qui conſtruit arces,
Errigit & caſas, errigit atq; domos.
Omnes hic morbos de corpore pellit amaros,
Et facit, ut uiuant qui periêre ſemel.
Omnes hic morbos uincit, ſi pharmaca preſtat,
Vincit & hic medicos, quos docuere ſophi.
Regius à miſero diſcedat corpore languor
Hic facit, & Hydropem numus abire facit.
Non pudor, aut probitas, nec uirtus ulla placebit,
Numo ſi careas, gratia ulla ualet.
Gaudet, ouat, geſtit, tali qui rege triumphat,
Et meritò cauſas, unde triumphet, habet.
Omnis in amplexus numum ſibi captat habere,
Quo Natura nihil finxit amabilius.
O mihi quot ſurgunt feruenti corde dolores,
Dum meditor numum non mihi propicium.
Mille inter gazas qui nunc excelſior extat,
Qui ſupperat gemmas, diuitiasq; ſoli.
Excœcat mentes talis, ſenſusq; prophanat
Iuſtorum, uincit numina cuncta poli.
Ac animas ſuperus dextro Ioue numus ad auras
Promouet, & pellit triſtia regna Herebi.
Numus habet primas in menſa, primus & ipſe
Cernitur in templo, cernitur atq; foro.
Numus amare facit, numus facit atq; fauorem,
Galli lac numus reddere quippe poteſt.

Numi

Numi possessor secura nauigat aura,
Nauigat in portu, quum sibi numus adest.
Inuenias aliquem uastum per flumina mundum
Qui transit, numum ut poßit habere sibi,
Hic simulat stultum, scurram, fatuumq́; facetum,
Vt numum pellat in sua uota sacrum.
Ebrius ac medio numi tua dono lyee
Siccat, uel tantuum gaudia uentris amat.
Summatim numus rex est, terræq́; monarcha,
Et dominus pelagi, Ditis & Empyrei.

Dirum in Vrsulam quandam mendacem, & maledicam.

Tu muliebre nephas atq; insaciata Charybdis
Fingendi, cœci mancipiumq́; Dei.
Cur modò de nobis audes maladicere mendax
Vipera? cur uirus spargere lætiferum?
Acuis & dentes in nos cur garrula? uibras
Et linguam nostrum liuida in excidium?
Fraudum mille modos fingis cur Scylla nocendi?
In nos aculeum Scorpio cuiq; moues?
Bestia Lernalis mendacia ficta coloras
In nostram famam cur modò candidulam?
Quum te nec uerbo trucidauimus ecce pusillo,
Semper quum fuerim blandulus atq; tibi?

Vrsula nomen habes, tuis est quod moribus aptum:
Vrsi nam dira tu furis en rabie.
Aequior est nigrum succum colliginis ex te
Suffero, quod cunctos contaminare soles.
Non est, qui sanctam poßit seruare salutem,
Seu famam, totum certe per opidulum.
Sed nec fata diu credas tam ferre maligna,
Condignam pœnam perfida certè lues.

Temulentis quindecim incumbere mala.

Ter quinos suffert casus uacriando lagenas
Ebrius insanus, uel crapulosus iners:
Namq; illi accelerant dubia uertigine uertex,
Obrepit & fortis debilitas cerebri:
Illi discedunt sensus, Geniusq; modestus,
Illi torquentur uiscera, uisus hebet.
Et titubant greßus, precordia bile tumescunt,
Ac ratione carens ingluuiosus erit:
Perq; cutem fœdus totam diffunditur humor,
Qui causat fœdam sordidulamq; lepram:
Nascitur & turpis formosi pallor in ore,
Herculeus morbus mors inopina quoq;.
Tangit & hunc elephas crustosis ecce papllis,
Atq; hydrops tristis, Gallia turpis item.

Se-

Sæuit in hunc magnus uicta coxendice morbus,
Qui uiduat somno, lector amice, suo.

In quendam Vtopiensem, qui sinuoso uo lumine principis Vtopiensis turpia laudauit facta.

Condignum reperit tegumen, patellaq; labra
Lactucas similes, lector amice, tenent:
Nam turpis scriptor laudauit turpia facta
Principis ignoti, crimina sontis ouans:
Quæ nullus, si iusta petis, laudare ualebit,
Quæq; decet nulla concelebrare cheli.
Ast lector, credas, magni non esse laboris,
Turpia magnisona condecorasse phrasi.
Quisq; potest calamo rebus factisq; nefandis
Blandiri, & famam reddere criminibus:
Ast hic laudauit non consultore prudente,
Plectrum Plutonis quæ meruere nigri.
Nam Stygios libeat si concelebrare tyrannos,
Latronesq; feros, Isthmios & Scyrios.
Laudari meruit Cambyses, siue Lycaon,
Procustes toruus, Phallaris & Syculus.
Sunt, qui res nihili laudarunt, somnia sunt qui,
Caluicium, febrem, testaceamq; nucem:
Ranas insignis Melesignes ecce poeta,
Atq; Maro pulicem carmine uterq; canit:

Et quem testantur sapientem oracula Phœbi
 Laudat Busirim, sed uerecundè, malum:
Entheis & plectris laudat diuinus Erasmus
 Stulticiam, muscas Sammosatensis aues:
Sed non miretur quis tam malefacta tyranni
 Laudari ignoti, turpia dicta quoq;.
Qui meruit dirus posuisse colla securi,
 Vel iugulum gladio, uel sua membra rotæ:
Qui meruit gula suspendi in aera coruis,
 In triuio aut sectus pendere uulturibus.
Namq; homicida fuit magnus, turpisq; satelles
 Latronum, furum, proditor & patriæ.
O furiale nefas, Scriptor quid fulmina cessant?
 Quod te non sternunt tartara quod rapiant?
Bestia Lernæis cur cessat Iuppiter inte
 Mittere scriptorem spicula letifera?
Qui laudas odit quem tellus, æthera damnant,
 Neptunus refugit, Lemnius atq; Deus.
Crede mihi scriptor furiati more Chorœbi
 Laudasti demens Stygia facta ducis.
Ad te nunc super est redeas, funemq; reducas,
 Et scriptis tendas uertere uela tuis:
Quod nisi tu feceris, & non cantata recantas,
 Te uanum cerebro dixerit omnis homo.
Strychnum quodq; bibas moneam te, pessim: scri-
 ptor,
Aut comedas quicquid nascitur Anticyra.

Epita-

EPITAPHIVM GENEROSI cuiusdam, sed deperditi militis aurati.

Hic cubat insignis potator, maxime Cæsar,
Qui studio uoluit proditor esse tui.
Hic cubat insignis scortator, maxime Cæsar.
Perdere te iustum qui fuit ausus iners.
Hic cubat insignis lusor, ter maxime Cæsar,
Qui tibi nec quicquam dixerat ecce boni.
Hic cubat insignis blasphemus, maxime Cæsar,
Qui uoluit nullum turpiter esse Deum.
Plaude igitur tu, quisquis ades, Acherontica proles:
Hunc tibi nam Cæsar mittit in edulium.

Trenodia in obitum Domini Ioannis ab Andlau sacri Romani imperij quondam equitis aurati strenuissimi.

Mille & quingentos lampas Titania cursus,
Quadraginta simul, quatuor atq; facit,
Septimus ingreditur Iani, & uigesimus axis,
Lunaq; nocturnos quando regebat equos,
Occubuit miles auratus certè Ioannes
Ab Andlou, casu qui perijt iecoris:

Quin

Quinquaginta quidem non hic numerauit anstas,
Bisq; duas, rapiunt quum Libitina uirum:
Quem probitas ingens, sua quem prudentia fecit,
Regalis præses quòd foret eximius.
Publica promouit duplici qui commoda pacto,
Dum fuit hic inopi, diuitibusq; bonus.
Eheu quot lachrymas, cruciatus, atq; dolores
Omnibus infelix attulit illa dies.
Attulit illa dies, qua par concordia flendi,
Sed dispar clamor, nomina disparia.
Nam dominum̄ extinctum clamant aliquiq; parentem,
Complures patriæ nobile certe decus.
Sed tibi propterea, lector suspiria pectus
Non moueant, uiuit nobilis iste Deo.
Non erat nigras Acherontis, crede, per umbras,
Necq; timet sceptrum, quod Rhadamantus habet.
Cœlitibus iunctus sed enim diadema recepit,
Optatum lachrimis iam precor adde modum.

Epitaphium Clariss. uiri Domini Claudij, Camiunculæ Regij cancelarij.

Hoc pheretro lugent sinuosa uolumina legum,
Hoc pheretro lugent omnia iuro quoq;.

Hoc pheretro luget uirtutum maxima phalanx,
Et natura boni quicquid ubiq; tenet:
Nam cubat hac celebris tumulatus Claudius urna,
Qui fuerat patriæ gloria magna plagæ.

Aliud.

Aspice Parcarum ludos, mi candide lector,
Vtq; bonos lacerent numina tetra uiros.
Hîc, modò qui uiguit toti spectabilis orbi,
Exiguo ignotus sarcophago tegitur.
Quas igitur turbas, & quæ conamina tentant,
Si cinis est labilis putre cadauer homo?

Aliud.

Qui modò, ceu lampas micuit Titania, cunctos
Excellens doctos, uermibus esca datur:
Nam cubat hoc tumulo legum uenerabile culmen
Claudius, ab trepidis anchora sacra uiris.
Quinquaginta quidem uix hic numerauit aristas,
Stamina quum rumpit mors uiolenta uiri.

De Auri & argenti dominio ad Policianum.

Quid facit argentum? rubei quid fulgor & auri?

Quod diues sudans esurit, alget, arat.
Quid facit argentum, mendicum quid facit aurum?
Stultum, ridendum Polliciane facit.
Quid facit argentum, fului quid splendor & auri?
Et genus, & formam, te facit esse deum.

In obitum Clarissimi uiri Balthazari Stumpij Iurium Doctorem, & Cæsarij quondam cancellarij dignis.

Aspice fatales ludos, mi candide lector,
Ac hos fallaces, lector amice, nota:
Nam modò qui uixit nitidus, fit puluis & umbra
Confestim, tumuli putre cadauer item:
Fit cinis aut fœnum, Parcarum fitq; rapina,
Et fumus tristis, uermibus esca simul.
Hoc reor expertum, moritur dum STVMPIVS iste,
Cuius uel toto fama sub orbe uiget:
Hic nam pollicitus uatis sibi tempora longa
Euboicæ, quem nunc mors inopina rapit.
Mortem igitur genus, & proauos, & stemmata gemmas,
Spernere quisque dicat, nobilium titulos:

Necq; equites ferrum, reges nec arma tueri,
Nec Baldum doctos, nec pia uerba pios.
Ast hoc credendum est, uirtus si mittat in astra
Quemquam, ter magni sunt ubi regna Dei.
Balthazarem doctum non hac sub mole sepultum,
Astugerum cœlum, sed sibi sarcophagum.

Epitaphium eiusdem Stumpii.

En modò qui toti spectandus uixerat orbi,
Proh latet in tenui Stumpius hoc tumulo.
Lustra decem uixit celebris cum meßibus octo,
Atra neuit pullum quum sibi Parca diem.
Algida uirtutem mors nullam respicit ergo,
Si rapit hunc celebrem tam libitina uirum.

De Amoris dominio.

Heu quam difficile est, crudelem uincere Amorem
Singula nam uincit perfidus iste Deus.
Mugit Rex superum tenerasq; per ambulat herbas
In taurum uersus, singula uincit amor.
Cœcum nam flexit feruens proserpina Ditem,
Martem pulchra Venus, singula uincit amor.
Nam Polyphemus amat pia uirginis ora marinæ,
Factus & Alcides fœmina, uincit amor.
Omnia

Omnia uincit amor, facit omnia, singula curat,
Terras & cœlos, tartara uincit amor.
Atq; feras, pisces tacitos pictasq; uolucres,
Omnia curat amans, singula uincit amor.

De quodam Monacho uentroso, populo nugas concionante.

Mirabar monachum de plaustro uerba sonantem,
Quod uenter fuerat sesquipedalis ei.
At nunc quòd crassus tam sanas reddere mentes
Insanas miror garrulitate potest.

In librum suum inpublicum gestientem.

Quis te non stultum? quis te non dicat inertem?
Limine de nostro qui cupis esse liber.
Deuenies critici si fortè legentis ad ædes,
Exterges illi sæpe misselle nates.
Aut piperis tunicam dabis, & mitteris Ilerdam
Vinctus mordentis zingiberisúe togam.
Tu mihi luce magis fueras dilectus & unus
Infixus nostro pectore semper eras.
Sed quia tu monitis cera concludis hiantes
Aures, atq; patrem linquere stulte cupis,
Noster amor cessat, nec te magis optat alumnum,
I saltem, quo dat nunc tibi uentus iter.

I uelox, propera nomen ſubiture libelle
Ingrati, reditus non erit ecce tibi.
Corporis eſt tibi paruus honor, ſapientia minor,
Et fatuum nulla cum ratione caput,
Dum patrios coluiſſe focos, coluiſſe penates
Negligis, affectas dum tua damna miſer.
In caula uix digne legi, luſtrare coronas
Doctorum ipſe petis, non tua ſcripta legent.
Illud te poterit defendere forſitan unum,
Quod Cephæ Petri tecta ſubire cupis:
In quîs uoce melos Dauidis nocte dieq;
Abbas en cantat, uel holocauſta ponit:
Hic diuerte liber, manibus te forſan utriſq;
Excipiet, placidus nomine quippe meo.

Pictorius ad librum ſuarum consolationum.

I liber & niueum Vogeſi luſtra pinetum,
Eſt ubi Murbacchij principis alta domus.
Vlrichi ab Raitnou lares inquire Ioannis,
Abbatis magni qui gerit ecce uices:
Ille tibi faciles oculos prebebit, & aures,
Teq; pijs manibus, te excipietq; ſinu.
Si cur tu uenias, facilis reſponde, ſalutem
Quærat, Pictorij nomine porto tui:
Et dic optarit, Pilei quòd ſecula uiuas,
Euboicæ uatis, Neſtoris atq; dies.

Otia

Otia sed rumpas, nec tu ueneranda caueto
Illius, ignauos non finit ipse dies:
Nunc audit miseros, nunc tradit iura, regitq;,
Nunc fundit superis uota precesq; dijs.
Et quoniam patitur liuor nil surgere in altum,
Cedro quod dignum, laudibus atq; sacris.
In Iouis en tholos suspendam munera sanctos
Liuiduli ut noceat nullius ira tibi.
Nulla nec hyberni lædant te frigora Iani,
Egoceron nec quas spargit in æthre niues:
Nec erit, ut linguam uerearis certè Bionis,
Verba repleta nigro quæ spuit usq; sale.
Sic poteris domino multum placuisse Ioanni,
Transibis mundi tutus ubiq; plagas.
Non erit, ut timeas ronchos, nec, chare libelle,
Istos, qui nasum Rhinocerotis habent.
I celer, i uelox, raptim nunc curre libelle,
Tutus ibis, lædet te modò nulla hyems.

Trenodia in obitum Dom. Ioannis Biel-
schmid iuri & doctrina, & morum in-
tegritate celeberrimi, & Lutenba-
zensis collegij quondam
custodis digniss.

Quum numerant mille & quingentos ecce decembres,
Quinquaginta simul, cursus phœbi quoq; septem,

Et iam comparet cœlo Tytania lampas,
Octaua octobris diadema quippe recepit
Optatum Bilschmid, grabato qui nexus ad annum,
Namq; paraliticus tabuit, diraq; podagra
Vexatus moritur, moritur qui doctus ad unguem,
Nauiculam Petri moderare, & fœdera biblis
Qui studuit, uel qui sinuosa uolumina legum
Euoluit, seu quod professa est docta mathesis
Lebius & cantor fuerat qui, clauditur illo
Sarcophago tenui, iustus, pius, æquus, honestus.
Hoc pheretro latitat, rapuit quem perfida, furax
Lachesis, & Clotho cui rumpit stamina uitæ.
Siste igitur gressum, lector Bilschmidius ipse
Vsq; Deo uiuat dic compos ante tribunal,
Occupet & Bilschmid mitratus regna petita.

Quomodo mœcha uxor, quæ uirum mo-lestat zelotypum, sanitati restituenda.

Zelotypus moecham quum uir resciuerit esse,
 Consortem lecti saucia corda gerit.
Et morbum uersat crudelem, & pectoris ignem,
 Soluere quem poterit uix bene lympha maris
Nam cadat, aut surgat Titan, genuit iste maritus,
 Et uulnus deflet, quod sibi moecha facit.

Quòd

Quòd sibi mœcha facit turpißima cymba Charontis,
Se quum ſollicito ſentit inigne premi.
Iſtum, cura, dolor, mœror, ſine fine maritum
Diſturbant, pallens torquet & anxietas:
Dum ſeruare ſtudet rigidus cuſtodia, quam non
Seruaret cuſtos clarus Ariſtorides.
Quàm bene Lernææ peſtem aßimilaueris Hydræ,
Dum capite abſciſſo guttura multiplicat:
Hoc eſt, mordendi dum ceſſat una facultas,
Confeſtim multas ingerit ipſa uiro:
Ex in principijs ſapit is, quicunq; reſiſtit,
Et citò proſcindit magna pericla moræ.
Huic poterit tamen uſq; adeò non ritè mederi,
Zelotipus cauſam ſi modò neſciuerit.
Cauſa ergo eſt morbi, talis quod pelle decora
Mœcha, nihil credas, intus, & extra ualet.
Vnde oculis opus eſt, & mentis acumine multum,
Vt morbum tollat uir bene radicitus.
Hoc cataplaſma facit, quercino robore factum,
Epithima fuſtis, embroca ſeu baculi.
Vel medicina quidem, quæ nunc ſinapiſma uocatur
Ex loris, pugnus fortior atq; ualet.
Antidoto, credas, omni preſentius hoc eſt,
Sacculus oppletus puluere ſed pyrio.
Ex cinere emplaſtrum, quem non uulcania preßit
Vis, ualet aut fornax, ſi modò ſit calida.

Paulini antidotum ualet, ac si det cubituræ
  Ex uectis pingui, cum silicis prodio.
Haud aliter poterit (credas) bonus iste maritus,
  Morbum letalem pellere certè suum.

Ad suas decem Epicylicias quæstiones, Pictorius.

Quô properas nomen præceps subiture libelle
  Stulti? quô properas mox doliture liber?
Quô cupis ire modò pennis uiduatus amicis?
  Aut quô postposito cortice nare cupis?
Iccareos mores meditaris, stulte libelle,
  Neglectis monitis proh doliture liber.
Doctorum lustrare petis si fortè uirorum,
  Conuentus celebres, publicitusq; legi,
Insurgent in te docti, liuidiq; Biones,
  Colchica permiscent qui tibi pocla citi:
Dente Theonino te circum rodere affectent,
  Achilochi ueru te stimulare quoq;:
Vndiq; te miserum cruciabit turba Catonum,
  In te quisq; uirum mox pharetratus ibit.
Non es tam doctus, quòd te defendere poßis,
  Pellere seu fortis tela trisulca queas.
Sic igitur quicquid dederit fortuna ferendum
  Argue, uel pœnas te dare commeritas.
Suppetias ultor nullus tibi ferre studebit:
  Nec tibi prætor erit, nec tibi consul erit.

Propter

Propter te uindex utetur fascibus ullus,
Nec ultor fronti stigmata reddet edax.
Ast liber ire paras, mecum si nulla morandi
Spes super est, inquam, perge libelle forâs:
Et uade, infœlix ad me si fortè redibis,
Inuenies nostra limina clausa domus.
Perge libelle forâs, mecum quid peßime garris?
Fac redeas nunquam, perge libelle forâs.

Epicedium ad funus Domini Nicolai ab Rosberg archimandritæ Lucis cellæ dignißimi.

Mille & quingentos quum sexagintaq; cursus,
Ac sex continuat Phœbus in empyreo,
Hac die, qua CHRISTVS sublimis uectus in auras
Signifer, & captat regna superna patris,
Proh dolor, en moritur Nicolaus laude perhennis
Ab Rosberg patriæ glori, magna suæ:
Proh dolor, en moritur multùm uenerabilis abbas,
Optimus Oeconomus, relligionis honos:
Proh dolor, en moritur iustus, pius, æquus, honestus,
Fratribus & cunctis anchora sacra suis.
Lustra quidem uixit tredecim quum uentem in altū
Excreuerat Lympha, proh dolor, en moritur:
Qui fuerat iustos inter iustißimus omnes,
Tempora cui similem uix habuere patrem:

Non

Non tamen ereptum fato diadema putabis,
 Est data pro fragili sancta corona sibi.
Et hoc credendum est, uirtus si mittat in astra
 Quemquam syderei sunt ubi regna poli,
Atletham ab Rosberg non hac sub mole sepultum,
 Est data cui cœlum patria pro meritis.

Ad Clarissimum uirum Dominũ Vuernherum Maier utrisq; iuris Doctorem, & Dominum in Mietershaim.

Quid tibi cum famulis adeo uerbere malignus,
 Quid tibi cum famulis terq; quaterq; malis
Qui tibi gallinas, hœdos, anatesq́; capones,
 Anseris & prolem, cum petasone uorant:
Qui fœtus teneros ouium, qui uellus, & oues,
 Qui deuorant porci pignora chara quoq;:
Qui friges uendunt, & lac mitesq́; columbas,
 Ouaq́; butiro qui macerare solent:
Otia qui lacerant tua, nec requiescere lecto
 Quiq́; sinunt dominum nocte dieq́; suum.
Istorum quotquot famulorum poßides ipse,
 Hostes tot credas te retinere domi.
Verte igitur gressus famulos, & linque malignos,
 Si uixisse tuis rectè placet pueris.

Epitaphium Clariſs. D. Petri Neſeri utriuſq; iuris doctoris, & Regij regiminiſs aſſeſſoris. dignifs.

Marmoris urna quidem parua eſt, ſed clauditur illa
Bartholus & Baldus, Iuſtinianus item:
Poßidet & quicquid legum ſanctißima biblis,
Neuſerr hac etenim contumulatus humo eſt.
Qui ferrat doctos inter doctißimus omnes,
Tempora cui ſimilem uix habuere uirum.

Aliud.

Ne ſibi conſtaret probitas, Aſtræa, fideſq;,
Et penitus uirtus contumulata foret,
Lacheſis inſignem necat improba ſtamine legum
Athletam, uiuit qui tamen ecce Deo.
Quis igitur non dira putet, ſeu ferrea fata?
Aut quis non culpet ferrea fata nimis?

Ad ruſticos, qui muſas contemnunt.

Contemnunt muſas, ſaturat quos cocta polenta,
Et lacerat doctos cocta potenta uiros.

Ruſti-

Rustica turba tace moneo, doctrina uigorem
Extinctis reddit, rustica turba caue.
Rustica turba tace, Parnasi præmia culti
Inducunt uitam, rustica turba caue.
Rustica turba tace, uiuit diuinus Erasmus
Perpetuum lumen, rustica turba caue.
Rustica turba tace, custos sanctißimus æqui
Fatis priuatus Zasius ecce nitet.
Rustica turba tace, gaudet Verona Tibullo,
Qui uiuit cultis rustica turba libris.
Sulmo tumet Nasone suo, qui uiuit, & ingens
Cunctis laudatur, rustica turba caue.
Virtus Mœnij Lethen superauit, & altè
Tytirus usq; canit, rustica turba caue.
Rustica turba tace, saturet te cocta polenta
Fac cures modicum, rustica turba uale.

In quendam Auarum.

Plutonis tristes trepidas non usq; cauernas
Eumenides diras, Tartareumúe canem.
Lautiùs in cœna cum potest uiuere nullus,
Quàm tu, sed bulbis uesceris, & nucibus.
Non fert exclamas stomachus tam debilis ouo,
Non fert gallinas, non bene capreolos:
Nil fert squamosum, uel quicquid in æthere uiuit,
Gannis fert stomachus, sed bene nil loculus.

Trenodia in obitum Reuerendi patris ac Doctißimi uiri Balthazari Vuerlini ordinis Prædicatorum per superiorem Germaniam uicarij dignißimi.

Omnis, qui uitam longum producere in æuum
Tentat, & Pilei tempora longa senis,
Sit malus, ineptus, turpis, sit cerite cera
Dignus, sit furax, sit malesanus iners:
Sit lurco, procaxq; rapax, sit bestia fœtens,
Et mendax, gnatus sit Balatronis item.
Stamina Parcarum rapiunt cita namq; fideles,
Hæcq; tenet uitæ tempora longa bonus.
Vitam criminibus donant crudelia fata,
Virtuti tetricos & malesana colos.
Hoc reor expertum, breuiat dum Lachesis annos
Vuerlino docto terq; quaterq; pio:
Qui fuerat Iustus uerbi pia buccina sacri,
Constanter nimphas quo pauit ipse sacras.
Qui quater undenas quum non numerauit aristas,
Erripit hunc nobis, proh, Libitina uirum.
Erripit hunc nobis uigesima prima decembris,
Noctem quum sensim lux fugat alma nigram.
Mille & quingentos quum sexaginta peragrat
Quinq; simul cursus Phœbus in axe poli.

Bal-

Balthazarem premit saxo hoc libitina trilinguem,
Cui sacri fontis spargito, lector, aquam,

Ad generosum Comitem, Dominū Suighardum ab Helfenstein, cui Pictorius panegyrim de lapide molari & cote adscripserat.

Obseruant gentes, dominos quæ uisere tentant,
Ritumq́; portent munera clara secum.
Nam Tyrius pannum fert tinctum murice, Seres
Nobile dant uellus, sed ferus arma Getes:
Thus Arabum uulgus, uenabula lucida prestat
Anglus, & ingentes gemmifer Indus opes:
Arcum datq́; Chalibs, Gnosius dat missile telum,
Sauramatæ munus picta pharetra datur:
Et liquor Aßirijs donum est, qui uincat odore,
Abscondit quicquid nigra Sabæa sinu.
At quibus exilem tribuit Rhamnusia uictum,
Portant altilium quodquod habere ualent.
Dat quæ quisq; potest, harum mihi copia nulla est
Rerum, sed gemmas en tibi porto comes:
Non Sagdam, non Topasion nec Gagotromeum,
Non Lipparem Libicum, Corneolumúe rubrū.
Sed gemmas superant reliquas quæ facilè cunctas,
Namq; molam dono, coticulamq́; tibi.
Quæ digitos ornent capitis pulchramq́; thyaram,
Aut quas suspendas auribus ipse tuis.

Hæc igitur, generoſe comes, monumenta laboris
Accipe, paccata fronte tenenda tibi.
Sunt hæc parua quidem tribuentis dona, ſed ingẽs
Eſt animus, totum quem tibi certe damus.

Paranœticon Pictorij ad librum ſuum, quem Pantopolion inſcri-pſit.

Cur liber ire paras procul, cur pergere gliſcis?
Limine de noſtro mox doliture nimis,
Cur modò Doctorum terſas luſtrare coronas
Affectas? docti non tua ſcripta legent:
Aut ſi fortè legent, rugoſam oſtendere ſomnam
Prendes, ſeu naſum Rhinocerontis item.
Namq; Ariſtarchi paßim ſunt, atq; Biones,
Atq; foro in omni latrat uterq; Cato.
Quô liber? à cunctis quô deſpiciende laboras?
Qui piperis nigri ſordida ueſtis eris:
Qui tineas paſces, quem te mercator ab urbe
Vinctum tranſmittet pharmaca in nexa tibi.
Ergo age nunc monitus patre ambitioſe libelle
Tugurium inhabita, ſeu patris uſq; domum:
Mente tenens prouidus quã ſit tibi curta ſupellex,
Atq; anguſta domi ſit tibi ſarcinula.
Actum eſt ex toto de te, mihi crede, perîſti,
Si linquis demens tecta paterna ſemel.

ARGVMENTVM

Primi Dialogi.

IRAM furoris esse initium. Quis irati hominis habitus, Auicenna de ira: & Augustinus, Casiodorus de motibus animi. Famelici faciles ad iram. Ira cos fortitudinis. Charilaus non iratus: Cotis rex irã præcauit. Ira morbus. Aduersus iram remedium. Achilles fidicen. Plato contra iram. Cato non iratus. Aristides contumeliæ patiens. Mora animi frenum. Consilium aduersus iram. Inter furiosum & iratum nullam esse differentiam.

ADVERSVS IRAM
Remedium primum.

EVLALIVS. FAVSTINVS.

EVLALIVS. *Mirum eſt Fauſtine, & ſuper omnem irim te Mitionem in tam breui tempore Aiacem factum Thelamonium.* FAV. *Quid dicas neſcio, Eulali, ut qui Fauſtinus ſim, non Oedipus uates ænigmatum, ore, quicquid eſt, rotundo effare, quo medullitus intelligã, quid innuas.* EVL. *Purgatam præbe aurem: nam dicam, Aiax mortuo Achille, panopliam defuncti ſibi preoptauit militarem. Vulcanea arte fabrefactam: ſed qua cum potiri nequiſſet, quando per iudices, Vlyſsi tradita foret, tanta incanduit ira, quæ, Ennio teſte, furoris eſt initium, ut Hannibalis beſtia, quam inſomnijs cuncta deuaſtantem uidit, truculentior conſpiceretur.* FAVST. *Quid? ſic alienantur facie, qui irati ſunt?* EVL. *Alienantur quidem: ſed non eſt, quòd mihi credas, Senecam audi, qui ſecundo libro, quem de Ira inſcripſit, nullius affectus turbulentiorem faciem eſſe docet: quando pulcherrima ora fœdet, toruos uultus ex tranquilliſsimis reddat, omnem decorem proſcribat, amictum ad legem compoſitum, retrahat, omnem curam effundat, capillorum arte iacentium ordinem diſpergat, animum inhorreſcere*

Aiax cur furore percitus.

Ira furoris eſt initium.

Irati hominis habitus.

faciat, Venas inflet, crebro ſpiritu pectus intertur-bet, rabida uocis eruptione colla diſtendat, artus ta bificet manus reddat inquietas, atq; toti corpori flu ctuationem inijciat. FAVST. Senecam ex tripode locutum facilè credo. Sed hæc quid ad Parmenonis ſuem? Non ſum Aiax. EVL. Sed facie compares Aia cis, furibunda quidem, qui antea placidam habueras, & planè Mitionis uultum, id quod peßimum eſſe pro Coi ſenis placito facilè crediderim, quando morbos hos ſibi grauißimos uideri ſcribit, in quib. ſibi longè dißimilis ægrotantis facies euadat. FAV. Et ita medicis iram quoque deteſtabilem prædicas Eulali? EVL. Prædico: Cordubenſis enim princeps canone primo nutrices optat perturbationibus ani mi non obnoxias eſſe, præcipuè iræ, dum cõplexionem hæc corrumpat, & uiciatũ infantulis exin alimentum, alioqui ſalutare, affundatur. FAVST. Poeticis inſudantibus fabulis iram illaudatam perſæpe legendo notaui, ſed poetica credidi & uana. EVL. Nequaquam: nam horum ſententiam, & quibus ſa cra pagina ad manus eſt, iram deteſtantur. Diuus enim Auguſtinus, quo in eccleſia uix maior habetur, pluris habendum ſcribit, iram uincere, quàm fortißima expugnare mœnia. FAVST. Sed non eſt liberum cuiq; freno ducere hunc affectum. Maximè, ſi uerum ſit, quæ Caßiodorus habet, motus quippe animi non eſſe in poteſtate noſtra: & peripateticis

Hippocratis opinio.

Auicenna de ira.

Auguſtinus de ira.

Caßiodorus de motibus animi.

ticis asserentibus, eum non esse uirum, qui irasci nesciat. Taceam, quòd omnes, in quibus humor dominatur biliosus, qui acutus est, & subtilis, hominem, nolit uelit, ad ultionis uotum inclinationem, & ad excandescentram promptiorem reddit, quam classam æquè tenent, quos dura fames lancinat stomacho à latratu non libero. Et isti, quos chronicus præter naturam affectus monogrammos effecit, prorsusq; extenuauit. EVL. Ad rem loqueris, Faustine, Caßiodorum adducẽs, Peripateticos & eos, qui fortitudinis cotem iram esse fatentur, seu genuinum animi stutum, sicut Plutarchum dixisse facilè cõstat. Nemo tamen inficias ibit. Deum Opt. Max. resistentibus, seu moderantibus potius suam elargiri gratiam, ut si non protinus iram freno ducere quãuis, & funditus expellere: tamen moderatè huic uires sic infungamus, ut pro quibus oportet, & contra quos oportet, quando, & quanto tempore cum ratione irascamur. Charilaus Lacedemoniorum rex licet iustam irascendi, seu ulsciscendi potius (est enim ira libido ulsciscendi eius, qui iniuria offensus est) occasionem habuisset, tamen se continuit: cui enim cum sese audatius insolẽtiusq; ingeßisset ex seruis suis unus, certè interemissem te, inquit, ni iratus forem. Cotis thratiæ Rex pari studio prudẽter iram præcauit: Omnia enim figulina, dono sibi data infregit, ne acerbiùs in seruos suos, si fregissent ira

Famelici faciles ad iram

Ira cos fortitudinis.

Charilaus nõ iratus.

Ira quid.

Cotis rex irã precauit.

Ira morbus

ſæuire cogeretur. FAV. Iram morbum complures eſſe prædicant, & corpus, & animum inficiantẽ. Cum ergo quoquo modo præter naturam corpus affectum fuerit, ſtatim huic Pharmaco adduntur ſuppetiæ, reualeſcat. Cur ergo non aliquo item modo iræ leuantem in promptu eſt? EVL. Imò eſt: audi quale Clinias ſtudio Pythagoreus ſibi ad manus, Aeliano teſte, habuerit: Is etenim ſi in iram delapſus foret, atq; ad iracundiam ſe præcipitem ferri ſenſiſſet, confeſtim, priuſquã prorſus inuaderetur ab ira, & eluceſceret in ipſo mentis affectus, chordis adaptatis cytharam pulſauit. Et quum interrogaretur, cur id faceret: Quoniam, inquit, ſic mitigor animo. Simile habetur de Achylle Homerico, qui furorem indignationem ſuam fidibus, res geſtas ueterum cantando ſopiuit. Plato omniũ Philoſophorum princeps, ſpeculi aduerſus iram intuitum remedio eſſe cenſuit: auditores etenim ſuos monebat, ut iratos ſe, uel ebrios in ſpeculo contemplarentur innuens, ſi faciem ſic furibundam, & per omnia Phreneticorum ſimilem in ſpeculo uiderẽt, eo dedecore eos perterreri, ut in poſterum ab ebrietate, & ira ſibi penitus temperarent. Hoc & te cõfeſtim ab hac mentis lue uindicare poterit, ut ad te redeas, fauſtine, & Phanaticam ſeponas hanc faciem, ni fidibus ludere melius duxeris. FAV. Vtrũque potero: ſed iam ira ſic notam impreßit,

Lib. 14. Aduerſus iram remedium.

Achilles Fidicen.

Aduerſus irem Plato. remed.

ut

ut uix, licet durißima ſpongia deleri queat. EVL. Rogo, fauſtine, cauſam effare, propter quam irati, ſeu furibundi indueris habitum? FAV. Non grauor. En dum lares meos cogitabundus egredior, homo nihili occurrit, ex inſperatò barba me trahens ubi negata ulciſcendi occaſione (nam alas ad fugam induerat) ſic iraſcor, ut nequaquam quis, neq; qualis fuerim reſciuerim. EVL. fateor, talem iniuriam minimè diſsimulandam: nam Zenonis calculo is lapis eſt, qui inter bene, & malè facientem non habet iudicium: Sed iniurias ita commoto ferendas quoque dixerim, ut ab honeſto, & rationis tramite non declinet. Tibi conſultius nihil erit, quàm iſtum nauci hominem tribus Anticeris opus habere, & porro expiandum credere, Hadriani imperatoris ritu, qui ſeruum in ſe armatum citra uindictam medicis tradendum ſuaſit quòd hunc furioſum arbitraretur, & non contumelioſiorem ulcionem, ſi ob conceptam iram ulciſci libeat, crederet, quàm iudicare hunc indignum, de quo ulciſcare. Cato fortitudinis exemplar in tam arctum eorum coegit iram ut eo ueniam petenti, qui eum in balneo percuſſerat, ſaltem dixerit, Nunquam quòd tu me percuſſeris memini. Et Ariſtides ſimiliter, Cui cum improbus quidam faciem conſpuiſſet, inde riſit, dicens, Poſt hac nemini amplius ſimile feceris.

Zenonis opinio.

Hadrianus iratus.

Cato non iratus.

Ariſtides cõtumeliã patienter tulit

Et Cæsar Augustus à multis per multa conuicia molestatus, item postposita ira nihil ægre tulit, sed in ciuitate libera & liberas esse linguas dixit. FAV. Tritum est, nos ægrotis bona dare consilia, si nos ualeamus: sed per Herculem iuro, qui semper iniurias inferenti uindex acerrimus fuit, si nebulo iste, qui me barba traxit, sibi non fuga consuluisset, hūc frustillatim hac machera incidissem. EVL. Sed incōsultè, & pœnitentia comite, post hac moderatius age, animoq; frænum mora, seu dilatione include, quæ sunt præsentißima contra iræ turbulentum affectum remedia. Id quod Athenodorus philosophus Augustum, cum ab eo ueniam abeundi peteret, monuit. Dixit enim, ô Cæsar, si in irā præceps incidas, nihil prius uel dixeris, uel feceris, quàm Græcorum uiginti quatuor literas recensueris: Nam hac parvula mora iræ impetum destruere poteris, fieriq; notabis, ut quicquid postea uel loqui, uel facere coneris, quod hoc trāquilliori mēte perficias, minusq; postea doleas. Dices fortaßis, Sum naturâ ad hoc uicium propensior, unde freno ducere uix potero hunc affectum. Vbi respondeo, tanto temet diligentius multò antè præmunito, atq; penitus decretum istud animo infige, ut ne quid unquam uel dixeris, seu feceris iratus nihil tibi credideris commoto, suspectumq; habeas quicquid impetus ille animi dictauerit, etiamsi honestißimum sit, memineris inter

Dictum Augusti.

Mora animi frænum.

Athenodorus ad Augustum.

Consilius aduersus iram.

phrene-

phreneticum & ira bacchantem nihilo plus interesse, quàm inter breuem & perpetuam insaniam, succurrat quàm multa per iram uel dixeris uel feceris pœnitenda, quæ iam frustra mutata cupias. Si bilis tibi eueruescit, neq; potes te illico ab ira totum uendicare, saltem patenus resipisce, ut te memineris sanum non esse. FAVST. Tuorum uerborum lænocinio uel imanißimam cicurares bestiam, maximè quum omnia, quæ loqueris aptißime ad remuéniant. Istis ergo multum obsequens ero, homo sum facilè peccans, & humana uix à me sunt aliena, propterea nonnihil meæ debilitati indulgendum erit. Tu nunc uale, temporis iniuria impedit, ne ad rauim de hac re loquimur. EVLAL. Sic est, & tu Vale.

Inter furiosum & iratũ nulla differentia.

ARGVMENTVM
Secundi Dialogi.

SCOMA Herodis. Aſtragalos in calceis portare quid. In calceis cur Romani geſtarint. Cur annulis uſi ueteres, Annulorum origo. Promotheus annulis gemmas adiecit. Veræ nobilitatis gēma. Socratis paranæſis. Cicero de creta nobilitate Generatio clara non nobilitat. Nobilitati paupertas non obeſt. Generoſitas non ex crumena. Nobilitas patris non in filios demigrat. Gregorius de nobilitate.

Marcel.

MARCELL. En Aureli, quem hic nobis obuiantē pinnulato arbitraris Pileo? quātū uidere uideor, Argiuo clypeo se dignū iudicat, & uelut tua habeat nomina, ingreditur. AVREL. Ex trupote loqueris: nam Thrasonem refert: Est nimirum Prætoris nostri Mamertis consobrinus, Albanus nomine. Hunc profectò Herodes sophista tali scomate, obuiantem excepisset, Albane generis tui nobilitatē in astragalis portas. MAR Herodes? tenebricosa isthæc mihi uidētur, & Apollini exponenda. AVREL. Nequaquam, siquidem, prouinciæ huic satis faciam, attende. Herodes quidam sophista uxorem suam Rhegillam Bardeæ insolentis uiri sororem, ab leue admodum peccatum, per seruum suum Alcimedontem occîdi uoluit, quē postea Romæ in ius Bardea uelut sororiæ cædis autorem uocat: tamen antequam orationem coram iudice cæpisset, sui generis, ob cœcam philautiam, & magnā imprudentiā multis uerborum ambagib. & Battologia quadā extulit. Vnde Herod. illi succēsus Tu Bardea generis nobilitatē in astragalis portas, inquit quod est, generis ac nobilitatis præstātia, propria uirtute relicta tumes quū satius foret, ingeniū uirtute excoluisse, in quo, Plat. sūmo philosop. teste uera scemata sunt, & genuina hominis excellētia. In calceis enim antiquitùs portabant astragalos, id est,

Scoma Herodis sophiste.

Astragalos in calceis

est, talos, exactæ nobilitatis argumenta. MARC. Quid uelis intelligo: nam apud Plutarchum simile habetur, qui omnes nobilitate præstantes in calceis lunulas ideo gestasse scribit, ut calceos intuentes, cristas demitterent, cogitantes hominis plasma primò ex pusillo succrescere, in quam exiguum nitorem, & florere modicum, hincq; in se redire ac flaccescere, uelut in luna quoq; cernitur, quæ primò ex obscuro procedit, mox splendido refulgens nitore, statim ratione reciproca ad nihilum redit. AVRE. Siquidem parergon fecimus de Albano in Romanorum ritus diuertentes, auctarij loco priores annulis usos, & maximè Græcos, addam, ut inter nobiles, & uulgares haberent intersticium, quorum annulorum Iamiensis monachus talem originem emersisse docet. Inquit enim Romanis lege cautum fuisse, ut quisquis flagitium penso non admodum graue patrasset, pro flagitij tessera suspensam à collo natibus erectis gestaret ex ferro simiam. Id autem cum ad multos, etiam magnates deuenisset, mutata sit lex, & annulos flagitiosi in sinistra manu ferreos probri argumentum tulerint. Id, quod item multis in posterum sic placuisse sit uisum, ut pro ferreis, luxu accrescente, aureos nobilitatis symbolum, astragalis & luna relictis, confecerint. quib. Marbodeus Gallus in sua dactylotheca statim in prohœmio gemmas, hoc est, nobiles lapides Promotheum Græcum adie-

In calceis cur lunulas gestarint Romani.

Cur annulis usi ueteres.

Annulorũ origo.

Promotheus annulis gemmas adducit.

adiecisse scribit, ut certius nobilitatis insignia forent. AVREL. At quantò satius fuerat, si ueræ nobilitatis, gemmas, non lapides, annulatis addidisset. MARC. Quæ sunt istæ gemmæ? AVREL. Humilitas, sobrietas, religio, in subditos affabilitas pacis appetentia, in arduis citra desperationem animus, & in prosperis ad Deum pietas, sic, ut pro Socratis paranœtico nobiles plebeijs uirtuosè sint archetypus. MARC. Quid ergo de obuiante astragalato sentis Albano, qui elatus est, tumidus, dies noctesq; asotus, ueteli canis instar, suam assuetam ructitat ebrietatem, obuiam factos blasphemijs salutat, tumultuatur, fortuna minùs afflante, deos incusat, & ridente, superbescit? non uerè nobilem arbitraris? AVREL. Non, sed pro custe ignobiliorem: qui enim nobilis esset, ignobilia faciens, non est humilis, non sobrius, nulla religione assuetus, in subditos durus, pacis ruptor, in aduersa fortuna blasphemus, in prospera insolens, & sine Deo qui dies & noctes crapulosus. MARC. Patrem habuit nobilem, & hactenus fumosa sui gentis numerauit stemmata. AVREL. Id facilè credo: ast nisi progenitores sui aliquid laude dignum egissent. Albano similes forēt ignobiles. Audi Ciceronem, qui sanctius esse dicit, proprijs quemquam florere gestis, quàm parentum inniti meritis: qui & ipse nobilitatem suam non eorundem fortiter patratis, sed propria uirtute acqui

Veræ nobilitatis gemmæ.

Socratis paranæticon.

Cicero de nobilitate.

siuisse

siuisse fatetur. Agathocles, qui patrem figulum habuit, præclarè admodum uixit, ut imperator sit effectus. T. Ansidius non parentem splendore, in hoc usq; uirtutis suæ beneficio creuit, ut nouus homo totam rexerit, Asiam: ac P. Rutilius, qui publicanis persæpe operam dederat, uniuersam Siciliam. Quēadmodum illi, quem mores fœdant, generatio clara minimè est proficua: sic eadem uilis, huic non obest, quem optimi mores adornant, clarificantq;. Nemo nobilis est, nisi qui animum in bonis habet actibus. Seneca inquit: Interrogatus est quōdam haud ignobilis philosophus, quæ uera esset nobilitas? Quæ animum, respondit, bonis morib. ornat, & deitatis imago est, quæ humilitatem fouet, & furiosam mentem fræno ducit, quæq; nulla, nisi turpia reformidat, & iura naturæ obseruare nititur. MARCELLVS. Ad Albanus hic attauos recenset nobiles, & ualde opulentus est, indeq; nobilis iure dicendus. AVRELIVS. Omnia hæc nihil ad Pormenonis suem: quis enim Menia Agrippa pauperior extitit, aut Vallerio Publicola, qui ambo uirtutum causa ter consulatum gesserunt? Quis item Lutio Cincinnato egentior, quem populus Romanus summo honore clarum fecit, generositas non semper ex crumena est Marcellæ, aut diuitiarum tumulo. MARCELLVS. Tibi subscribo. Sed hoc etiam uerum esse nemo inficiabitur, ex san-

Agatocles patre figulo.

Generatio clara non nobilitat.

Quæ uera nobilitas.

Nobilitati paupertas non obest.

Generositas non ex crumena.

guine

guine parentum, ex eorum oßibus, ac uisceribus enasci filios, qui ob hoc. Partes eorum corporum, ue nißimè dicantur, in quas parentum gloria & nobilitas si nobilitas sint, influat. Pro hac poetæ cuiusdā sententia. Arbore de dulci, dulcia poma cadūt, quos Seneca ad probare uidetur in libro de Clemētia ad Neronem, hoc uerborum tenore: Animus illius, qui originem à nobilibus traxit, faciliús ad uirtutem inclinatur. Aristotele non refragante. Quādo, inquit, boni nascūtur de bonis. Albanus hic patrem habuit ex retragano, in omnium uirtutum genere absolutißimum, qui fieret ergo, uitam immensum degenerare filium? qui & fratrem habuerit magna uirtute præclarum, & uerè nobilem. AVREL. Et quis nescit de una radice spinam exire simulqúe rosam, hanc singulis, quia lacerat & pungit odiosam, alteram cunctis gratam, quia odere suauis, Triticum quoq; & farr reddit panibus formandis, & furfur porcis edulium. Nobilitas patris non in filium diffunditur, si indolem peruersam habeat, sed qui uulgò se eximere confidit, per se uirtuosus sit animam uirtuoso habitu induēdo, fratrem quē habuit morū nobilitas magis honestauit quā parentū uirtus. Euenit persæpe, ut arbor una cōsimile terra nutrita diuersos fructus edat. MARC. Exin colligo, horū nobilitatē te nihili habere, qui ab Herc. Aenea, Achille & alijs fumosa scēata recēsēt, atq; hinc gloriātur.

Seneca de nobilitate

De una radice, spina, & rosa.

Nobilitas patris non in filios demigrat.

Nobilitas ab annis numerata nihil ualet.

AVR-

AVREL. Penitus nihili, si tales heroes non factis imitantur. MARC. Quid si nobilitatem uniuersim tribus bolis ex hominum furo proscripsero? aut omnes esse nobiles probauero? AVREL. Nónne Propheta inquit, pater unus omnium. AVREL.
Malach. 2. Rectè quidem. At diuus Gregorius in suo pastorali sic tuis assertis reluctatur. Quis nescit, quòd ui naturæ, inquit, Carbunculus nobilior est iacintho aurum nobilius argento? quibus omnibus quoq; creator est unus & idem. MARC. Gregorio subscribo, quæ dixi, saltem ioco dixi. Ast quantum uidetur, uiam declinat Albanus astragalatus, suspicatur fortaßis de se inter nos mentionem fieri, uersus dextram progreditur. AVREL. Parum refert, ualeat barathrum uini, & macelli uorago, nos domum properabimus: sequere.

D. Gregorius de nobilitate.

ARGVMENTVM
Tertij Dialogi.

VINVM deorum potentia. Vinum Tyriaca. Ebrietas uitiorum metropolos. Philosophi ebrij. Quod uinũ lædificet Deum & homines. Quod uomitus utilis. Quæ Androcides de homine. Cicero de ebrietate. Alexandri dictum. Chrisostimus de ebrietate: Dico liquores utiles. Ebrietas quos morbos pariat. Ebrietas quid. Ebriesorum semen non prolificum. Cæsar de uino quæ. Gneus Domitius de uino, Apuleius nouem haustum ponit. Incommoda nimij uini.

ATRELIVS. MARCELlus. Albanus.

AVRELIVS: Id uerum esse iam ipse uides, Marcelle, quod heri de Albano Mameris consobrino in itinere confabulantes tibi dextram. MARCELL. Quæ sunt ea? labilis sum memoriæ. AVREL. Hunc procuste ignobiliorem esse, ac uini lagenam, propter suam ebrietatē, qua indies, uelut porcus cœno, se uolutat. MARC. Verum esse uideo: nobis enim adproximat turbido gressu, titubans ac pedibus incertis, si tibi uidetur, duriusculè hunc alloquar, tamen bono cœlo, uidendum saltem, an in uiam reducendus foret erro. AVRELIVS. Videtur, non est, quòd illi quicquam parcas, iam bis ipsum saluta MARCELL. Salue Albane, uini pernicies, & maiorum tuorum diffamia. ALBA. Dij meliora, bone uir, mecum iocaris fortè. MARC. Imò seriò loquor patrē habuisti sobrium, & fratrem omni genere, uirtutum præstantem, uereq; nobilem, & tu claritatem generis tui Ganeo, lurco, popino & belluo ebriando, ganeando, lurcando popinando & belluando sic maculas, rubigine sic inficis, ac fœdas, ut planè Angiæ scabulum uideatur. ALB. Qui fit, quòd acerb. in me es, qui semper mihi amicus fueris? MARC. Siquidem res tuas Mādraboli more, in deterius de die in diem

suc-

succrescere uideo, heri fueras ebrius, hodie terq; quaterq; ebrius. ALBA. Irasceris mihi, quia uinũ indelicijs habeo? MARC. Non est enim uinum, sicut Aesclepiadem dixisse constat, deorum immortalium potentia, quod moderatè sumptũ hominis robur fortificat, ammissum appetitum reducit, curas mœstitiamq; propellit, & uerè tyriaca est calidos refrigerans, frigidos calefaciens, siccos humectans, & humidos siccans: sed ebrietatem abominor, quæ omnium uitiorum metropolis est, cædes facit, liberos in seruitutem compellit, quicquid in buccã uenerit effutire suadet, & deformem pulchrum reddit. Quid etenim Alexandrum Macedonium interficere Clitum suum cœpit, nisi tumultuosa ebrietas & fumosus copiosi uini ardor? Quis Syriacusos prius liberos, in Marcelli & Romanorum iugum atq; Massagetas in Persarum uincla, seduxit, nisi dæmonum assecla, turpis ebrietas? Achillem Homericum aliud nihil compulit ad famam denigrandam Agamenonis, quam sobrius pollice utroque commendauerat, nisi asotica seu hircum olens, & fœda temulentia, quæ Androcidem quoque luscum fecit, aut potius sic excœcauit, ut deformosissimam suam uxorem elegantißimam Venerem exclamaret? ALBA. Conniuendum mihi est, Marcelle, uel indulgẽdũ potius, nihil etenim à ducib. committib. & nobilib. alieni facio, qui agminatim ceu

Vinum deorũ potẽtia.

Vinum tyriaca.

Ebrietas uitiorum metropolis.

Alexander ebrius.

Syracusæ temulenti.

Achilles ebrius.

Androcid. ebrius.

Hercul. ebr concathenati & dies, & noctes in ebriãtur. Hercu-
Cato ebrius lo placuit ebrietas duodecim portẽtorũ subactori.
Catoni similiter, quem impendio serierum uitiorũ
Alceus ebr. censorem fuisse constat. Persæpe item temeto grauа-
tos legimus tragici cothurni principem Esthilum,
& Alceum Lyricum poetam insignem. Melesige-
Anacreon nes, uelut historiæ habent, Oenophilus fuit, quam-
uino suffo- uis Græcorum poetarum facetißimus, Anacreon
catus. acino uuæ inter pocula suffocatis perijt, & Xeno-
Xenocra- crates Academicus auream coronam crapula saltẽ
tes ebrius. acquisiuit. Quid igitur ex me facies: etiam homo
sum, nec facilè inebrior, etiamsi crebriùs bibam.
MAR. Aristippus cuidam, qui multum biberet,
nec facilè inebrietatur iactanti, respondit. Nihil ma
gni facis? nam & hoc mulus facit, uel tardus asellus.
dictum Ari Attende, paucis asserta tua proscindam. Herculem
stidis. adducis, Catonem, Aeschilum, & alios, si tales pro
archetypo in re uitiosa habere niteris, etiam totos
imitare, & Herculem, relicta tua ebrietate, in pro-
fligatione duodecim monstrorum, sequere, Catonẽ
in morum sanctitatæ. Aeschilum & alios, quos re-
cẽsuisti, in supereminenti doctrina, tum denuo fiet
ut ebrietas æquè ignoscibilis in te sit futura, ac in il-
lis heroibus fuit. Iam cui pulchrũ uidebitur te præ-
fatis similem esse affectari in uitijs, & in fortiter fa
ctis ac uirtutibus longè dißimilem, uelle mala sequi
& bona nec per nebulas uidere, uelle sequi fugen-
da,

da, & sequanda fugere? Isti subleuandum labores, quandoq; sobrietatis limites transilierunt, non indies asoti existentes, uelut tu hactenus consueuisti. ALBA. Consueui profectò, callum obduxi assuetudoq; mihi sensum recti sic ademit, ut manè surgẽs ni statim bibam, æstuet stomachus meus, latrans rabiosi canis instar. MARC. Bibere, omnib. liberum est, imò necessarium, sed inebriari, beluinũ, uel potius dæmoniacum. Perpende Esaiæ uerba, quem organum Dei esse palàm est, quando inquit quinto capite: Ve uobis, qui manè cõsurgitis ad ebrietatẽ. ALBA. Tu diuersum audi, & ex diametro tuis assertis repugnans. In libro Iudicum habetur, nono capite, Vinum lædificare Deum, & homines. Vis ab hac lætitia me alienum esse? Platonicæ leges quoque, quibus nullæ factiores uinum cõcedunt, perinde ac fomitem quendam ingenij, ac magnum uirtutis inconcitabulum, confirmantes Aesclepiadis medicorum nobilißimi sententiam, quæ habet, Vinum nubila humani abducere animi, aduersusq; curas anxiferas, & edaces, præsentißimum esse remediũ. MARC. Et Plinius uini meminit, sapientiam obumbrare docens, uigorem animi proscindere, rei famæq; dispendia maturare, memoriam interimere, linguam & pedes ab officio dirigere, libidinem inducere, atq; omnem uirtutem in exilium proscribere. Sed idem uinum tuum innuit, hoc est, uinum,

Esaias de ebrietate.

Vinum lætificat Deum & homines.

Aesclepiad. de uino.

Lib. 23. capite 1.

quod ad Plutonis usq; camellos te inebriat. ALB. Audio, uelut surdus lyram, deuora hæc Marcelle. Vidisti præstantiorem aliquando fuisse medicum, quàm Cordubensem Auicennam? quem propter exuberantem suæ professionis celebritatem principem uulgò dixerunt? MARC. Non. ALB. Is uomitum ex ebrietate utilem, uelut profundioris somni causam, quæ uirtutibus animalibus alleuamentum inducat, asserit. MARC. Tibi subscribo, si malè habendi uomitus ex medicorum confesso adhibeatur: Si minus, cum Androcide, ut cicutam homini uenenum, sic ebrietatem cicutæ toxicon proclamo, quod equidem dotes homini, quarum tres ab eo, qui rerum est Conditor, inditæ quandoq; sunt nobis, corporis equidem dotes animi, & fortunæ. non solum cõfundit, sed radicitus persæpe dißipat, & tollit. Quid enim Aßiriorum Holiferno duci, & corporis proceritate, & uiribus multum gaudenti, uitam ademit, nisi exuberans, & crapulosa meri potatio? Nónne Attilam imperatorem prosicha ebrietas in tantam sanguinis eruptionem coegit ex naribus, ut præter omnium spem animam efflaret? Quid sapientiam, & cunctum animi uigorem æquè tollit ac ebrietas. Cicero in Paradox. ebrietatem dicit animum dimouentem à sua sede, & statu, taceã, quòd in dies permultos, qui diuites fuerant, propter uini amorem & gulositatem, ad terminum

Vomitus utilis.

Androcid. de uino.

Holifernus ebrius.

Attila ebr.

Cicero de ebrietate.

minum egestatis sic perductos, ut in exilio mendicantes, tandem defecerint. Iam Albane, omnium isthæc susq; deq; fers, sed olim dictorũ meminiße iuuabit. ALB. Tu Aureli, pisce magis es mutus. Esto mihi tutor quæso, ne sic in me tam acerbus inuehat Marcellus. AVR. Sum in te profectò multò acerbior, et magis displicet mihi tua admodum turpis & uoluptuosa uita. ALB. Saltem, quia bibo? AVR. Non, sed quòd plus æquo bibis. ALBA. Bibo, quod satis est. AVR. Et plusquam satis. ALB. Claudius Tiberius Nero Pisonem, quòd secũ duos dies & duas noctes integras bibisset, præfectũ Romæ fecit. Ego aliquando tres noctes & dies bibo, ut denuò imp. fiã. AVR. Quomodo imper. quũ tibi nescias imperare. Macedo Alex. optimo iure dictus imp. fuit: cum enim in loco arido cũ exercitu suo multũ siti exstuaret, aquã sibi oblatam in terram effudit, ut hoc exẽplo sibi ipsi uideretur imperasse, & hoc exemplo suos ad sitis tollerantiã animaret. Noli Claud. Tiberium Neronẽ tibi in archetypum habere, cui ob temulentiã sua nomina sunt mutata, & Caldius Biberius Mero dictus est, sed tui Saluatoris uerba perpẽte, qui dicit Lucæ uigesimo primo. Attendite, ne grauentur corda uestra crapula & ebrietate, quibus uerbis Ioannes Crisostomus addit, quia dæmoni nihil est tam amicum, ut ebrietas, & commessatio. Paulus Dei organum ad Romanos inquit:

Claudius Tib. ebrius.

Alexandri dictum.

Chrisosto mus de ebr.

Paulus de ebrietate.

Abijciamus opera tenebrarum, ut indie honestè in sistemus uestigijs, non in commessationibus, & ebrietatibus. ALBA. Christus discipulis, & Paulus Romanis illa dicunt, nihil ad me, facio pro ætate mea iuuenilia, obseruo decorum. AVREL. Christus profectò & tibi, & nobis omnibus tenebrarum atq; carnis opera hiscæ uerbis, ne dubites, interdixit: sed tu, & claßis tuæ homines, uos exemptos putatis, atq; Christum in uentos locutum creditis. Denuò tamen in uestro corio ludetur. Non dubito, si tibi medicus, qui corporis curam gerit, herbæ alicuius succum, ceu presens uenenum interdixisset, caue peius & angue abstineres ab eo, timens ne corporis sanitatem gustãdo perderes, & cum omnium medicorum & Creator, & Princeps, qui nõ solùm corpus, sed animam quoq; ab ulceribus phagedenicis calumniatoris curat, tibi nocẽtißimam herbam temulentiã interdicit, ea efrons ne gry quidem habes, ob audis & negligis, profectò ceu malè parens asellus in rupes denuò protrudendus uideris. ALB. Bona uerba dicis Aureli, sed non dubito, si tu sic cal lum obduxisset, aliter sentires: facile est, ægrotis dare consilium, cum nos ualemus. Campertißimũ est, duos esse liquores, quibus uti pro sanitate, qua nihil præciosius esse potest, maximè debemus, unum exterius, quippe applicandum, & alterum interius hos oleum & uinum dicunt. Id obseruans ego, sanitatis

Duo liquores utiles.

tatis

tatis supra modum cupidus, & oleum lactricis adhibeo, uinum gutturi, quod me plus lætificat, quã Petrus aut Paulus cum suis gryphis, aut salebrosis epistolis. MARC. Obduruit cor tuum fatue, qui sic cũ Paulo iocaris, imò qui sic Apostolos flocci facis, & nihilominus te sanitatis amatorem gloriaris, licet quæ tu facis sanitati, uel dis diapason absint, dũ oculorum ulcera ebrietas parit, liptitudinẽ, opthalmiam, fœtidum anhelitum, dentes putridos, genas pendulas, furiales somnos, apoplexiam, morbũ sonticum paralisim, impetiginem, & denuo lepram, tacceam nodosam podagram, ebrietatis subtilißimam pedissequam. Vela uerte bone uir, & ad te redi, audiens monitores, à nostra religione exsortes, siquidem apostolos Petrum & Paulum, imò Christum ipsum audire negligis. Apollonius Tyaneus per omnem uitæ suæ cursum uinum ceu uenenum abhorruisse scribit, ebrietatem intelligens. Tullius Pisoni aliud nihil fœdi obijcit, quàm quod semper nasis instar uinum oleret. Plato ebrium quæuis euertere docet, currus, naues, & exercitus si ipsum gubernare contingat, qui & ebrios suasit, ut in speculo se cõtemplerentur, dum sic fore iudicaret, ut ab eo uitio tandem abstinerent. Neronis præceptor Seneca ebrietatem aliud nihil esse noluit, quàm uoluntariũ furorem. Et aristoteles, omniũ philosophorũ princeps, ebriosorum semen infœcundum dixit. Quæ

Ebrietas quos morbos.

Ebrius quæuis euertit.

Ebrietas uoluntarius furor.

Ebriosorũ semen non proliforũ.

omnia tibi Albane ob oculos uersari deberent, si frugi esse cuperes, tui generis propagando stemma non fœdando. Arbitraris Carthaginenses ob aliam causam suis militibus uinum interdixisse, nisi quòd hoc belli impedimentum ducerent. Cæsar uinũ corpora eneruare attestatus est, & Aegyptij sacerdotes abschemios se prebuerunt, ut expeditius, & uegetiores suos sensus ad religionẽ disponere possent. Egnatius uxorem suam, quòd uinũ bibisset, iugulo dedit, qui à Romulo homicidij liber pronunciatus est. Itẽ Fabius Pictor quandã honestam mulierẽ Romæ interfectã scribit, saltẽ quòd claues ad cellam uinariã reuelasset. Gneius Domitius suã itẽ uxorẽ dote priuauit, quòd uinum se nesciente bibisset. ALB. Omnia illa folijs Sibillinis ueriora duco, sed uires infringere consuetudini, quæ altera natura est, difficilimum habetur, uelut prouerbio id facilè cõprobatur, lignum tortum nunquam fit rectum. Item, Natura expellas furca, in suum locum regreditur. Sed tam acriter uel amicè potius per te Marcellum & Aurel. quoq; admonitus in posterũ moderatiùs imò modestiùs bibam, bibã Romuli more, hoc est, quod satis ad sitim infringendam duxero. L. Apuleius in libro, qui floridorum inscribitur, nouẽ cratheros conuiuantium enumerat: quorum primum ad sitim extinguendam docet, secundum ad læticiam, tertium ad uoluptatem, quartum ad ebrietatem,

Carthaginenses uinũ interdixere.

Cæsar de uino.

Egnatius, uxorem interfecerit.

Gneius Domitius de uino.

Apuleius nouem cratheros præscribit.

tatem, quintum ad iram, sextum ad litigium, septimum ad furorem, octauum ad somnum, & nonum ad morbum. Vbi ego primis duobus æcquiescam, metam non transiliens, ne ab temulentiæ simptomate liber recidiuam incidam. AVREL. Super pondij loco cuiusdam poetæ ebrietatis satis elegantem introducam descriptiouem, ut firmiùs proposito tuo inhæreas, Attende.

Immoderata meri rabies mala tristia morbi
Concitat, & nullis rebus discrimina ponit:
Inducit subidas mortes, & tristia fata,
Laxat corporeos nexus, præcordia soluit,
Polluit & sensus, caput & Geniumq; modestum
Contaminat uinum, simul & crapulosa uoluptas.
Vina nocent capiti, faciunt & pectora cœca,
Ingenium frangunt nitidum, mentesq; uiriles,
Ebrietas parit amice nephas, & dedecus ingens,
Et parit insanos homines sine lege, modoq;
Ebrietas Venerem stimulat, Lumbosq; falaces:
Incitat ad luxum, parit & petulantia corda.
Ebrietas ratione carens, furiosa per orbem
Transuolat, & finem nullo discrimine ponit.
Ebrietas mores frangit, linguasq; loquaces
Efficit, & mentis secretum sæpe recludit.
Rancidius nihil est, nihil est sceleratius illis,
Incliues qnorum uino insaciata fatiscit.
Non Thamyris natus cecidisset uictus ab ipso

Incommoda nimij uini.

Cy-

Cyro, si tumidi uitasset pocula Bachi.
Est modus in rebus, uini moderatior usus
Nil nocet, interdum sensus conseruat acutos.
Qui sine lege bibit, magnas uacuando lagenos
Sorbet, ad extremum pœnam experietur amaram.
ALBA. Singula notaui Aureli, & stipulata manu omnia illa mihi archetypum esse promitto. Hactenus ætas iuuenilis sine monitore me seduxit, resipiscam. Vos ambo ualete. AVREL. Promißis stato: sic enim pro re tua sapies.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN HOC LIBRO MEMORABILIUM COPIOSISSIMUS INDEX.

A

Abrene 303
absintus 267
absinthium 215
abrotanum 219
acrisius pater Danaes, fol. 147
acheron 149
achilles fidicen 302
achilles ebrius 315
accipiter 294
accipiter rostum matrici 294
accipenser 207
adeps ursæ 173
achates 249
adamas 249
aduersus iram Plato, folio 299
æs 241
æs crematum 241
æsclepiades de uino, folio 317
agathocles patre figulo 310
aiax cur furiosus 299
alaula 199
alceus ebrius 315
alexander ebrius 315
aliasa gemma 309
alumen 243
allium 222
alectorius 297
alcinous de Deo 245
alopetia 257
amphisbena 210
ametistus 249
anaximenes de Deo, folio 245
anatilochus 248
anni partes 152
anser 194
anas 198
anguilla 207
anisi semen 226

antimonium 242
andromedonta 251
annulis cur usus 308
annulorum origo 308
androcides ebrius 315
anacreon uino suffoca. fol. 316
anetum 215
aper 175
apri pulm ebricos. 275
apri fel ad strumas 175
apri uesica urinam retin. 175
appium 218
apuleius de uino 321
apoplexia 160
aqua 236
aquila auium regin. folio 192
aquila à fulm tuta, folio 192
aquila rostro perit, folio 192
araneus 201
arbutum 230
armenus lap. 250
aristidis dictum 315
argentum 259
argenti scoria ibid.
argentum uiuum ibid.
aristides contumel. patiens 308
athemisia 220
ascalapus 149
ashma 163
asinus 183
asinus ponti breuis uitæ ibid.
asini caro lepram curat ibid.
asini pellis cunis ualet, ibid.
asini sang. contra febres ibid.
astura piscis 204
astragalus in calceis, folio 307
aspis 210
athaman 149
atila 317
atilo piscis 206
athenodorus ad aug. folio 304
attriplex 220

auena 228
auellana 230
auicen. de ira 300
augustinus de ira ibid.

B

Balena 204
bactora ibid.
basiliscus 211
batanologia 213
bethonica 218
bezoar 250
berillus 251
boa 213
borago 217
borax 248
branchus 162
bubalus 176
bubali uulua uenen. ibi.
bubo 197
busiris 248

C

Caluicium unde 157
canicies 158
capitis dolor ibid.
capitis scabies 159
capillorum casus 159
calculus renal. 165
cameleon incant. fugat fol. 171
castor 177
castoreum ibid.
camelus 180
capra 184
capra orient. mares, ibid.
capra anhelat per aures 185
caseus caprinus ibid.
canis 186
cancer 207
cardo benedict. 214
carilis ibid.
castaneum 231
calx 243
carbunculus 252
calcophonus 254
caseus 234
calcides 257
caßiodorus de motibus animi 301
cato ebrius 315

cato

cato non iratus 303
carthaginem uinum interd. 321
capares 217
cerui sunt auriti 177
cerui cor contra uenena 177
cerui medul. contra feb. fol. 177
ceraunceus 256
cete 204
cenchris 210
ceraste ibidem
cerifolium 220
cepe 223
ceres 147
celenon 248
chrisippus de deo 145
christianis quis deus, folio 145
charites unde 127
chelidonius 253
chalibs 241
chrisolitus 251
chelonites 255
charilaus nunquam iratus 301
chrisostomus de ebrietate 301
cygnus 193
cygnus bonum auspicium 193
cyconia 195
ciconia pietat. cultr. folio ibid.
cyconia oculis prodest, ibid.
cicer 227
cydonium 230
cinamomum 232
cicero de nobilitate, folio 309
cyclopes 148
cybele quæ 147
cocitus 150
complex æqual. 152
cordis tremul. 173
colica 174
cornu cerui contra lumbr. 178
complex sang. 155
complex choler. 156
complex. phleg. 155
complex. melanch. 156

conge-

congelatio 159
coagulum equi ad quæ, fol. 182
cornu capræ ad que, folio 185
coturnix 196
columba 199
coruus 200
corui pes ad tußim, ibidem
cornix 201
conger 204
coriandes semen folio 226
corneolus 253
cos lapis 298
cotis rex non iratus, folio 301
consilium aduersus iram 304
coluber 210
crocum 233
crocodilus 209
cristallus 257
crisolitus 251
crines cur crispi, folio 157
cumini semen 224

D

Dama 172
dame fel prolificat, folio 172
diafintheria 166
demogorgon deus, folio 145
deus suspensi quid ad quid 150
dentium dolor 162
delphin 204
draco 210
draconites 248
duo liquores boni, folio 319

E

Ebrietas uiciorum metrop. 315
ebrietas quos morbos, fol. 520

ebrius quiuis euertit, i-
bidem
ebrietas uoluntar. insa-
nium 321
ebriosi sem. non prolifi-
cum ibid.
ebrietatis incommoda
fol. 322
echinus 206
echineis 204
elephas solus coit, fo-
lio 172
elephas triennio utero
gerit ibid.
ellon 148
emeladus 149
epilepsia 160
equus 182
esoces 208
etithes quid 258
exebenus 250

F

Faba 227
famelici proni ad iram,
fol. 302
febris quartana 169
feniculi semen 226
ferrum 240
flegmo 258
formicæ oua 188
formicæ nidus ibid.

G

Gallus 199
galli crista ad quid, ibi-
dem
garatides lapis. fo-
lio 252
galatia 255
gagates 258
G. Tiberius ebrius, fo-
lio 318
generatio clara non no
bilitat 310
generositas non ex mu-
men ibid.
gygantes unde 149
gneius Domitius de ui-
no 322

gorgonides 149
gobius 203
gregorius de nobilitate fol. 312
grus 199
grillus 201

H

Hadrianus non iratus fol. 303
harpiæ 148
heliotropia 258
hæmicaneum ibidem
hæmorrhois ibid.
hæmaticis 258
hercules ebrius 316
hephestites ibid.
hidropisis 165
hiena 276
hienæ lapis ad ad que, ibidem
hienæ cor ad quæ, ibidem
hirundo 198
hipperion 149
homo miracul. 149
holifernes uinosus, folio 147
homo alter mundus, folio 148
homo ex humorib. ibidem
homo ex elementis, ibidem
hominis complexiones quinq; 152
hominis emissant 157

I

Iaculum 212
iacinctus 259
iaspis ibidem
icterus 265
ictus scorpio 266
ictus serpentis 168
iecoris dolor 166
ilia uestalis 148
ignis sacer 168
irati hominis habitus fol. 299

iſcultus 252
irac cos fortitudines, fo-
fol. 301
iuniperi baccæ 227
ira quid 201
ira morbus 302
iuppiter adulter 331
iuppiter ſatyrus 146
iuppiter amphitrio, fo-
lio 146
.udpiter inceſtuoſus, fo-
lio 146
iuppiter Bacchum fo-
uit 147
iuppiter cycgnus ibi-
dem

K

Kakabrates 253

L

Lactuca 216
lauri baccæ 227
lac 234
lapis Iudaicus 258
lapis lazuli 216
lac caminum 287
lacerta 288
lampreta 208
lactis defectus 264
lethargus 261
leo ignem timet 169
leonis ſanguinis ad que,
fol. 170
leonis pellis ad que, fo-
lio 170
eopardus ibid.
leopardum aliam amãt,
ibid.
leopardus uinum amat,
ibid.
lepus 177
leporis cerebrum ad dẽ
tes 178
lens 228
lincurius 179
linx ibid.
limax 08
lichini lapis 256
liſimachi canis 186

loligo 24
locusta marina 24
lupatum quid 182
luscinia 199
lucius 205
lupus 274
lumbrici 166
lupus ad dextram bonū fol. 274
lupi pulmo 274
lup. testiculus adulteriū prohib. 175
lucerna pis. 208
lupinus 228
lunas cur in calce. gest. fol. 308

M

Mars unde 148
marrubium 215
malua 218
malum 219
malum punicum 231
magces 247
memphites 249
medus lapis 259
merulus 200
mena 204
megaris 205
menta 216
melanthon quis 148
miluus 197
milium 228
mora onimi frenum, folio 304
molochites 259
molaris lapis 262
mustellæ pestis 187
mugil 205
murex ibid.
murena ibid.
mulus ibid.
mulier herba 221
mustum 236

N

Natrix 211
narium fluxus 162
nasturcij sem. 225
neptunus deus maris, folio

fol. 147
neptun. Cycgni pater, ibidem
nespilum 230
nereus 149
nepa 211
nepeta 220
nobilitas non ab annis, fol. 73
nobilitas patris non in filium 311
nobilitas quæ uera, folio 309
nobilitatis quæ uera gēma ibid.
nux pinea 231
nux muscata 233
nux communis, folio 231

O

Oculata 208
occipetes 147
oleum 234
onix ibid.
oleum ranarum, folio 234
os quæ 147
orphanus 254
origanum 221
oriza 228
osiris bos 176
orno nimpha 247
ostrea 207
ouum 238

P

Papaue. albi semen, folio 225
paupertas nobilit. non obest 72
paulus de ebrietate, folio 319
pauo Iunonis ales, folio 192
pauonis pennæ ad quid ibid.
passer 196
passer breuis uitæ, folio 196

passer

passer Venerem facit, ibid.
palumbus 197
palumbi sanguis, ibidem
palumbi stercus urinam cit ibid.
paderus 221
pallas unde 147
pallas olei inuentrix, folio 147
perdix 194
perdix auditu concipit, ibid.
persephon 148
perca 208
pellis capræ 185
phorceus marinus, folio 148
progne quæ 147
phrenesis 159
phasianus pro stomach. fol. 193
phenix quinq; secula, ibidem
phoca 204
pirum 230
piper 233
plantago 218
plumbum 240
pluto 247
podagra 167
podagram leporis iusculum 178
porcuus marinus 206
porcus 178
porci fimus 179
porca uiginti parit, folio 188
porca quando aprum admittat 186
pollux, castor fratres, fol. 148
poliphemus 178
polypus 161
proserpina 147
protheus ibid.
promotheus gemmas inuenit 309
prunum 230
prosterus 211
pruna siluest. 231

pſitacus 200
pumex 257
pulex 190
pulices quæ abigant, folio 190

Q

Quadratus 257
Quadrus 258
Quirites ibidem

R

Rana 207
ranæ lingua ad dentes, fol. ibid.
rapa 233
rhenbarbarum 223
rheuponticum ibid.
reiben lapis 261
remus 148
rhea ibid.
rhombus 206
ruta 216

S

Salmo 206
ſabtna 219
ſamius lapis 256
ſal 245
ſaphirus 259
ſalamandra 188
ſaluia 217
ſamſucus ibidem
ſal armoniacum 260
ſcaurus 206
ſcorpio 212
ſerpillum 217
ſelenites 261
ſeps 212
ſinanchis 162
ſincopis 163
ſomnia complexionum fol. 155
ſpinachia 216
ſpelta 228
ſpongiæ lapis 258
ſtomachi dolor 163
ſtomachi debiliti. folio 163
ſtera quid 183
ſtincus crocodilum interficit 189

ſturnus

ſturnus 201
ſtix unde 149
ſtercus hominis ad quid fol. 150
ſtella marina 207
ſtellio 212
ſulphur 242

T

Taxus 174
taxi pingnedo ibid.
tauri cornu epilep. folio 181
tauri ſang. ibid.
tauri urina 182
talpæ cinis contra lepram 187
taranta 213
teſticulus leopard. menſtrua ducit 170
thales de Deo 145
theſpeades 147
topaſius 260
tutur 196
turturis ſanus 196
turdus 198
turdi ſtercus contra pānum 198
tutia 244
tußis 163



Verbena 212
uentris dolor 164
ueſpertilio 195
ueſpert. ſanguin. pſilo ibid.
uirga cerui contra Venerem 171
uitulus marinus 207
uirtus uini 236
uinum quod optimum fol. 256
uinum alb. ibid.
uinum forte ibid.
uinum dulce ibid.
uinum roſatum ibid.
uinum boragin ibid.
uinum enulatum ibidem

uinum ex Hisopo 237
uinum salmatum ibid.
uitrum 241
uitriolum ibid.
uinum dearum donum, fol. 315
uinum thyriaca ibid.
uinum lædificat Deum, ibid.
ulcera uirgæ 168
uomitum canes inuene. fol. 168
uomitus utilitas 75
uppupa 198
uppupæ penna somniũ indue.
uppupæ caro utilis, folio 198
ursus 173
urus 180
urtica 206
urina hominis ad quid, fol. 150
uultur 198
uulturis cor contra serpent. ibid.
uua 231
uulpis pulmo ad quid,
uulpis pinguedo 179
uulpis stercus Venerem facit ibid.

X

Xenocrates ebrius, folio 316

Z


Zinguites 256
zenon de ira 304
zinziber 74


F. N S.

BASILEAE,

EX OFFICINA HENRIC PETRINA. ANNO D. M. LXVIII.







x